SACRORUM BIBLIORUM


VETUSTISSIMA FRAGMENTA

GRAECA ET LATINA

E PALIMPSESTIS CODICIBUS

BIBLIOTHECAE CRYPTOFERRATENSIS





[illegible]

Jn illa die erit Israhel tertius [illegible] assyrio benedictio in medio terrae cui benedixit d[illegible]

[illegible] benedictus populus meus [illegible] opus manuum mearum assyrius [illegible]

[illegible]

κε

ο Θου

ου ου ου ου ου

SACRORUM BIBLIORUM

VETUSTISSIMA FRAGMENTA

GRAECA ET LATINA


EX PALIMPSESTIS CODICIBUS

BIBLIOTHECAE CRYPTOFERRATENSIS

ERUTA ATQUE EDITA

A IOSEPHO COZZA

HIEROMONACHO S. MARIAE CRYPTAEFERRATAE
ORDINIS S. BASILII MAGNI



PARS PRIMA

ROMAE
APUD IOSEPHUM SPITHOEVER
AN. MDCCCLXVII.

EX OFFICINA LIBRARIA S. C. DE PROPAGANDA FIDE

EQ. PETRO MARIETTI SOCIO ADMINISTRO

PRINCIPI · EMINENTISSIMO

MARIO · MATTEI

DECANO · PATRVM · CARDINALIVM

EPISCOPO · OSTIENSI · ET · VELITERNO

ARCHIPRESBYTERO · BASILICAE · VATICANAE

HEGVMENVS · ET · MONACHI · CRYPTOFERRATENSES

INSIGNES · RELIQVIAS · S · BIBLIORVM

E · PALIMPSESTIS · MEMBRANIS

EXCITATAS · ATQVE EDITAS

PATRONO · OPTIMO · INDVLGENTISSIMO

ORDINIS · ET · MONASTERII · SVI

OBFERVNT · DEDICANT

PROLEGOMENA

PARS I.

CODICIS PROPHETARUM IN PALIMPSESTO DESCRIPTIO

I. Vir praeclarissimus atque in veterum librorum investigatione non solum nostrae, sed ferme omnis anteactae aetatis facile princeps, Angelus S. R. E. Cardinalis Mai cum nostram adiret Cryptoferratensis Monasterii Bibliothecam prae omnibus codices in palimpsestis membranis est admiratus. « Illud, inquit, peculiare Cryptensium codicum est quod » pene omnes in palimpsestis scripti fuerunt... Magna est igi» tur in his codicibus sepultarum scripturarum seges (1). » Ex qua uberrima segete per breve illud tempus, quo rusticaturus Tusculanum concesserat, manipulum suo adiungi Spicilegio Romano adlaboravit. Equidem in hisce rescriptis codicibus plura delitescentia inspexi, quae rem biblicam, patrologicam, liturgicam, hagiographicam, historicam et diplomaticam attingunt; et revera quidem multa adhuc restat messis, multo tamen improboque colligenda labore.

II. Versanti igitur mihi huiusmodi codices ad manus venit codex, qui in antiquo ordine MSS. huius Bibliothecae notis C. 4 distinguebatur; in novo autem codicum syllabo litteris E. β'. VII. adnotatur. Exterius habet titulum Κονταχια χαι Οιχοι; atque altera manus adiunxit ἀνάγραπτον sive

(1) De Fragmentis historicis Tusculanis §. 2. Spicileg. Roman. tom. II.

M. T. Cicero in Lycaeo Tusculanae villae, plurimis ex Athenis opera T. Pomponii Attici comparatis libris, instruxerat (1).

III. Verum enim vero codicis nostri distincta quaedam notitia praebenda est (2). Itaque codex iste noster (3) paginas 380 complectitur, atque perpauca folia ad eius integritatem desiderari ipsa liturgica, quae continet, monent. Singuli quaterniones iuxta veterum librariorum consuetudinem numerales seriei notas repraesentant; ac propterea pag. 345 nota illa κβ' indicat initium XXII quaternionis. Quae vero pone hunc quaternionem sequuntur folia in unum collecta sunt viginti paginarum fasciculum, cum caeteri scapi plus minusve sexdecim paginas complectantur. Pa-

(1) Cf. opellam nostram - Il Tuscolano di M. T. Cicerone. § X. L'Accademia, il Liceo e la Biblioteca della Villa Tuscolana di M. Tullio - Roma 1866. - et Dantier, les monast. Bened. d' Italie tom. II. p. 400.

(2) Cum vix aliquis biblici nostri palimpsesti paulo ante detecti rumor vulgaretur, cl. Io. Baptista Pitra, modo S. R. E. Cardinalis, haec scripsit - Analecta Juris Pontificii - 1862. col. 1417. « Il convenait sans doute que le plus » vieux texte sacré, celui qui après » toutes les découvertes demeure l'ainé » des manuscrits bibliques, fût déposé » près de la confession de Saint Pierre. » Il était également bon qu'un jour le » rationalisme trouvât le manuscrit ale» xandrin sous la garde du protestan» tisme anglais, et que sous nos yeux » descendit du mont Sinai ce nouveau » texte dont le schisme aidé de la science » germanique s'apprête à nous donner » à ses frais une splendide édition. Que » les Basiliens de Grottaferrata ne re» grettent pas même les écritures en» fouies dans leurs nombreux palim» psestes, et qu'ils ne fassent aucun » sacrifice onéreux, pas même de leur » temps, pour exhumer et raviver ces » textes fossiles.....»

(3) Cum haec scripsissem, haud sine admiratione erga tantam humanitatem, legi lucubrationem cl. viri et in biblicis studiis peritissimi Caroli Vercellone « Un codice greco palimpsesto scoperto dai Monaci Basiliani di Grottaferrata, dissertazione letta dal P. D. Carlo Vercellone Barnabita - Roma 1866» quam et aliquot post menses novis curis adornatam rursus edidit in collectione periodica, cui titulus « Giornale Arcadico, tom. CXCI.» Vehementer laetabar abs tanto viro quanti faciendus sit palimpsestus noster, scite et erudite ostendi vulgarique; cuius testimonium auctoritatemque ad ea, quae in his prolegomenis dicturus sum, saepe declaranda et confirmanda opportune libenterque proferam.

*

ginae vero in quanta pateant amplitudine specimen photographicum oculis exhibet. Chartae denique pergamenae nonnumquam perforatae ac peresae, raro quidem madore suffusae, quaedam autem ad extremitatem corrosae sunt.

IV. Novissima codicis scriptura habet non modo Contacia atque OEcos, ut exterius fert titulus, verum etiam et alia liturgica, ita ut longe melius quam in externa parte, inscriptum sit in fronte prioris paginae ab ipso certe libri amanuensi: Ψαλτικὸν σὺν θεῷ ἐνιαυτοῦ ὅλου ποίημα Ῥωμανοῦ τοῦ μελῳδοῦ « *Deo auspice Psalticum totius anni opus Romani hymnographi* ». Contacia (1), quae inter nobiliora cantica graeci ritus sunt recensenda, S. Romanum melodum sibi principem auctorem vindicant (2). Horum frequens est usus in ecclesiasticis graecorum, uti appellant, ἀκολουθίαις vel ut sacro latinorum more loquar, *Officiis* atque *Ritibus;* ideoque haud raro in ecclesiasticis codicibus occurrunt. Rarissimi tamen sunt codices illi, qui contacia suis οἴκοις omnibus consequentibus exhibeant; cum enim successu temporis consuetudo in sacris invaluerit, ut post Contacion οἶκος unus tantum vel alter concineretur, hinc contigit ut in codicibus, sicut noster est, ad usum ecclesiarum descriptis plures OEci non reperiantur. OEci huiusmodi seu strophae (melius vero italice - *stanze* -) certo modulandi metro iisdemque, quibus Contacium suum, verbis desinentes plerumque in litteris initialibus acrostichida aliquam referunt. Caeterum sedulo animadvertendum est nec omnia esse sancti

(1) Cf. De Immaculata Deiparae Conceptione hymnologia graecorum ex editis et mss. codicibus Cryptoferratensibus latina et italica interpretatione, patrologica comparatione, et adnotationibus illustrata cura Th. Toscani et I. Cozza Monachorum Ord. S. Basilii M. Romae, 1862. Praef. pag. XXXVIII. etc. Ad Typica Graecorum ac praesertim ad typicum Cryptoferratense s. Bartholomaei abbatis, animadversiones Th. Toscani Ord. S. Basilii M. Romae 1864.

(2) S. Romanum Contacia supra mille confecisse testatur eius historia in Synaxario Basilii Porphyrogeniti die I. mensis Octobris.

Romani opera, et quae eius reapse sunt raro integra reperiri. Ea, quam in nostro codice habemus, Contaciorum cum suis OEcis collectio pag. 338 explicit; alia quaedam deinde sequuntur liturgica, omnia uti Contacia atque OEci, notis musicis distincta.

V. Ubi vero et quando hae membranae ad hanc novissimam scriptionem excipiendam fuerint accomodatae brevi sermone exponemus. Nemini dubium esse potest in monasterio S. Mariae Cryptaeferratae, atque in illius liturgicos usus fuisse descriptas; siquidem pag. 299 et seqq. legimus Contacia atque OEcos in honorem SS. PP. NN. Nili et Bartholomaei Iuniorum, qui eiusdem asceterii fuere fundatores; et p. 363 aliqua quaedam vidimus liturgica, quae ad festum diem Dedicationis ecclesiae eiusdem monasterii pertinent.

VI. Aetas vero scripturae tum ex ipsa apparet characterum figura, tum etiam ex eo, quod ex alio codice perspectum est tempus, quo eiusdem codicis membranae e veteribus distractae codicibus ad alios compingendos libros sunt adhibitae. Adest enim codex antiquitus A. XXVI. nunc vero B. β'. VII. qui historias ac laudes S. Bartholomaei Abb. complectitur, descriptus ab Iohanne Rossanensi Cryptaeferratae monacho anno Domini 1230, quando die XI. mensis Novembris magna cum solemnitate populique gestientis frequentia abbatis sanctissimi natalis memoria est celebrata. Ab authenticis huiusce rei monumentis referendis abstinemus, cum iam Placentinius noster eadem referat in opere suo eruditis viris probatissimo « De sepulcro Benedicti IX. Pont. Max. (1) » qui abdicato pontificatu monachum heic

(1) De Sepulcro Benedicti IX. P. M. in templo Monasterii Cryptaeferratae detecto diatriba, in qua eiusdem Pontificis pius obitus vindicatur, atque ad mss. codices acta inlustrantur et castigantur opera et studio D. Gregorii Placentinii S. Theol. Mag. Presbyteri et Monachi Cryptoferratensis ex Ordine S. Basilii M. - Romae 1747. pag. XIII et seqq.

egit, atque sanctissime diem obiit supremum. Itaque cum et ipsa anni memoria in una membrana eiusdem palimpsesti, ex quo et codex confectus est, fuerit descripta, admodum validum nobis praebet argumentum membranas illas novissime saeculo XIII ad novam scriptionem fuisse adhibitas. Quod quidem et ex aliis codicibus, quae eorumdem palimpsestorum continent folia (1), fas esset confirmare. Sed cum haec certe maioribus haud egeant argumentis, ad ea, quae sub postrema latent scriptura, perscrutanda devenimus.

VII. Antequam vero de unciali vetustissimo charactere dicamus, alia quaedam in iisdem membranis olim deleta scripta memoranda sunt, quae sese nobis investigantibus obtulerunt. Plura itaque huius codicis folia non modo semel atque iterum, verum et tertio ad scriptionem sunt accomodata: monumentum in palaeographia sane rarum, et pene dicam singulare (2). Haec autem folia τριγραπτὰ, ex quibus nonnulla Prophetarum fragmenta non sine magna difficultate eruimus, praeter uncialem et illam saeculi XIII scripturam, aliam etiam graecam scripturam saeculi circiter X vel XI exceperunt; quam investigantes deprehendimus Paracleticon in S. Deiparam a divo Iohanne Damasceno concinnatum exhibere (3).

(1) Cf. Codicem Liturgiae A. XVIII, vel Γ. β. XIII, et Codicem, qui stichera, complectitur C. III, vel E, α, V. qui in nostra asservantur bibliotheca.

(2) Huiusce rei aliquod, rarissimum tamen, exemplum adest. Cf. Tischendorf Monum. sacr. ined. vol. 2. pag. XLII, et Nov. Test. graece editio septima pag. CCXXVI.

(3) De hoc Paracletico adhuc inedito pluries verba fecit Leo Allatius *(Symmicta... pag. 431, Prolegomena ad S. Io. Damasceni opera. LXXXV)*. In catalogo operum Damasceni, quae ab ipso transmissa vel transmittenda erant editori Parisiensi num. XLIV. legimus: *Paracletice in B. Virginem secundum octo tonos graecorum distincta, opus magnum et rarum et* φιλοπαρθένοις *futurum gratissimum.* Forte huic doctorum ac piorum hominum desiderio satis facere sibi proposuerat Iacobus Lequien, qui omnium praestantissimam operum s. Doctoris editionem curavit; sed nescio qua de causa factum est, ut tertium volumen, quod parabat (Praef.

VIII. Sicuti opere Damasceni abraso liturgica, quae nunc apparent, in nostro codice fuere descripta; ita et opus illud marianum abrasis litteris uncialibus iisdem membranis fuerat consignatum. Uncialis character, cui tamen haud semper, sed tantum per aliquot folia Paracletici odae superscriptae sunt, per totum codicem, ni forte paucas membranas excipias, manifeste apparet. Verum non omnes rescriptae paginae ad eundem codicem, neque ad eandem pertinent aetatem; duplicis enim sunt generis unciales litterae; alterae quae sacra θεόπνευστα Prophetarum scripta, alterae quae sanctorum Ecclesiae Patrum sermones exhibent (1).

XXI), in vulgus non veniret (Cf. edit. Migne loc. cit.). Miramur sane quod tanti viri et tantum Marianae pietatis monumentum in Patrologia Universa, quae haud multis abhinc annis Lutetiae Parisiorum prodiit, desideretur. Id eo praesertim, quod ante editionem Lequien eiusdem operis ex codice Cryptoferratensi et altero Messanensi Ludovicus Marracci latinam et italicam interpretationem an. 1687 ediderit (alteram vero latinam editionem Patavii 1743 Clemens Camaldulensis curavit). Tandem vero eiusdem originalis textus graecus apparuit. Siquidem Philippus Vitali hieromonachus Cryptoferres, vir eruditione graecaque palaeographica arte insignis, ex praedicto codice manu sua diligenter apographon descripsit, typisque tradi curavit. En inscriptio, quam veteri calligraphorum more in fine, pag. ρπθ. adiunxit, Ἐτελειώθη αὕτη ἡ παροῦσα βίβλος τοῦ Παρακλητικοῦ τῆς Ὑπεραγίας, τὰ πρῶτα νῦν τετυπομένη κατὰ τὸν τύπον τοῦ παλαιοῦ βιβλίου (C. XV) τῆς παλαιᾶς ἡμῶν Μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης τῇ κα. τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς ἐν ἔτει τῆς ἀπὸ τοῦ κόσμου κτίσεως ζσμδ, καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ αψλς. *Liber iste Paracletici Sanctissimae (Deiparae) nunc primum typis expressus ad fidem veteris codicis (C. XV) huius vetusti Monasterii Cryptoferres, absolutus est die XXI mensis Ianuarii anno a creatione mundi 7244, et ab incarnatione Domini et Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi 1736.* Nonnullis autem in locis et exemplaribus libri huius nomen suum siglis concinnatum idem editor adiunxit. Praestaret certe, ut caeteris Damascenicis operibus una cum plurimis canticis eiusdem nomine insignibus, hocce Paracleticon graece latineque adiungeretur. Quae habet palimpsestus noster, latitantia fragmenta nonnihil essent huic operi emolumenti.

(1) Haud certe nobis praetereunda res est nos in foliis huius vetustissimi codicis patrologici bis conspexisse celebre illud monogramma ☧ crucis dominicae. In fine enim sermonum pagg.

IX. Huiuscemodi sermones, si quatuor tantum interpositas demas biblicas pagellas (pagg. 335-336, 337-338), universum codicem a pag. 263 ad finem usque obtinent. Alias praeterea eiusdem collectionis patrologicae paginas vidimus in codice liturgico A. xviii, et in codice chorali C. iii, quos paulo ante commemoravimus. Cumque saepius manu hoc versarem volumen, priorem veteris libri orationem pag. 298 nostri codicis inchoari inspexi his verbis:

Α'. ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΠΑΣΧΑ.

Επ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος σιὼν....

Alterum vero huius collectionis sermonem incipere conspeximus pag. 307:

Β'. ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΠΑΣΧΑ.

Εἰ ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐνῆν πρὸς τὸ παρὸν χρήσασθαι γλώτταις .....

Atque inter aliarum orationum titulos Hippolyti, Chrysostomi et Procli nomina legimus. Sed quamquam hos sermones recognoscere non solum propter scripturae vetustatem, verum etiam ex eo, quod quidam nobis videbantur ἀνέκδοτοι, opus perutile iudicaremus; tamen ab huiusmodi indagatione abstinendum duximus, cum ad alia vetustiora biblica palimpsesta manus forent admovendae.

X. Quae biblicas scripturas, scilicet Prophetarum vaticinia, latentes continent folia ad pagellas plus minus 266 nu-

362, 369 legimus maiori charactere descriptum

ΑΜΗΝ ☧

Multa docti viri Letronne, Cavedoni, Garrucci de hoc monogrammate disseruerunt, et praecipue pluries de eodem egit cl. v. Io. Baptista De Rossi apud Pitra Spicilegium Solesmense tom. IV, apud Vercellone Dissertaz. Accademiche pag. 136, Bullettino di Archeologia Cristiana, an. I. n. 8. etc.

meravimus. In quibusdam autem vel nullum vel minimum antiquae scriptionis superest vestigium; aliae vero membranae adeo abrasae sunt aut male affectae, ut sepulta scriptura excitari nequiverit. Itaque, quas ex hoc codice eruere datum est, paginae sunt 191. Ea vero ἀποσπασμάτια, quae in codice A. xxvi. de quo superius dicebamus, et in brevi quadam lacinia ad calcem vetusti Menaei Februarii (1) adnexa reperta sunt, suis locis adiunximus (2). Quae quidem ἀποσπασμάτια, cum paginas sex editionis occupent (duarum enim paginarum codicis fragmenta, una editionis pagina complectitur), totius voluminis prophetici ex palimpsesto tres de ducentis habemus plagulas editas.

XI. Unaquaeque pagina in duplicem, ut aiunt, columnam distinguitur, quarum utraque fere semper quinque; nonnumquam et plures usque ad octo lineas supra viginti complectitur. Contigit interdum, ut calligraphus ad calcem columnae verba vel terminaret vel adiungeret sub extrema parte ultimae lineae; qua in re plerumque charactere erecto est usus, quod adnotari in editione curavimus. Singulae vero lineae tribus ac decem plus minus elementis constant litterarum; cum vero aliquando litterae vel grandiores, vel minores descriptae fuerint, hinc factum est, ut nonnullae paginae maiorem elementorum numerum in suis lineis repraesentent. In Danieli praesertim, qui postremus in libro erat, character coarctatus apparet. Id vel ad non augendum numerum foliorum fortasse definitum, contigit, vel etiam varios calligraphos varias eiusdem libri partes descripsisse demonstrat. Apparent hucusque profundius impressae lineae illae, quae ad calligraphi manum dirigendam aliquo fortasse ferreo instrumento tum in longitudinem, tum

(1) Est codex Cryptoferratensis in veteri syllabo signatum A. vi, in novo autem A, α, vi.

(2) Vide editionis nostrae pagellas praenotatas numeris 105, 114, 115, 116, 170, 171.

in latitudinem paginae ductae sunt. Margine satis amplo et in superiori et inferiori parte, atque ad externum paginae latus usus est scriptor. Et quamquam postea, ut folia ad novi codicis formam responderent, hinc inde rescissa sint; tamen spatium illud marginis, quod textum duplicis versionis latinae, et nonnumquam adnotationes tum graecas tum etiam latinas capit, apertissime demonstrat membranas, quas habemus, magnificentissimum biblicum volumen olim efformasse.

XII. Quinimo argumentum haud certe praetermittendum ad amanuensis diligentiam aperiendam visae sunt inscriptiones illae, quas ipse in medio superioris partis paginae apposuit. Hae autem inscriptiones, vel tituli, modo nomen prophetae, cuius in illa pagina verba leguntur, modo vero appellativum ΠΡΟΦΗΤΗC referunt. Singulae autem inscriptiones litteris uncialibus textu paginae nonnihil minoribus, sed elegantioribus atque erectae formae descriptae sunt, hinc inde signo crucis distinctae et quibusdam, uti nuncupant, arabescis circumdatae. Hoc pacto pag. 13 vidimus:

✠ ΗCΑΙΑC ✠

et pag. 8, quae in antiquo codice ex adverso praedictae paginae respondebat, scriptum est:

✠ ΠΡΟΦΗΤΗC ✠

In huiusmodi titulis apponendis hanc legem servandam sibi statuit calligraphus, ut tantum in fronte paginae primae, octavae, nonae et sextodecimae cuiusque quaternionis adiungerentur; in duobus autem mediis paginis, in altera nomen prophetae, in altera autem tantum ΠΡΟΦΗΤΗC scriberetur; in postrema vero rursus nomen prophetae est appositum; ita

ut coniunctis pagellis ultima quaternionis et prima sequentis, in utraque pagina nomen tantum prophetae videre est; quod etiam in editione conspici licet. Qua in re insuper observavimus ad latus exterius primi tituli, in quo est nomen prophetae, notam numeralem quaternionis collocari.

XIII. Hic etiam dicendum aliquid videtur de titulo singulis prophetiis apposito; quem quamvis in fronte prophetiae Isaiae tantum nobis recognoscere datum sit, hinc tamen iure merito concludi posse videtur ad caeteros quoque prophetas pariter inscriptum fuisse. Titulus iste iisdem signis, quibus superiores tituli, sed grandioribus formis, sicut et hic grandioribus litteris, ita scribitur



Unde patet singulis prophetarum nominibus adiectam fuisse notam numeralem ordinis, quo in hoc volumine, sicut et in antiquissimis caeteris, dispositae sunt prophetiae, inter quas Isaiam tertium post decimum locum obtinere constat. Indicia haud dubia liquido manifestant inscriptionem maiorem singulis visionibus, quas in prophetia Danielis legimus, appositam fuisse (1). Quae quidem maiores inscriptiones non atramento ut minores, sed purpureis litteris fuisse descriptae videntur; crucis autem insignia atramento consignata apparent. Hac in re denique hoc unum restat observandum, quod cum in caeteris quaternionum locis inscriptiones, de quibus nunc diximus, in medio paginae ad superiorem partem appareant, titulus autem totius prophetiae collocatus est in fronte unius columnae, uti et nos typis exprimi curavimus.

(1) De huiusmodi visionum Danielis inscriptionibus, quae cum celebri codice Alexandrino Londinensi concordant, conferantur ea quae in postrema Prolegomenorum parte dicenda nobis sunt.

XIV. Quot vero paginis vel quaternionibus hoc volumen constiterit, haud certe determinatu perfacile nobis est. Cum autem veterum calligraphorum in morem positum fuerit singulos quaterniones notis numeralibus distinguere, harum aliquot et in palimpsesto nostro conspicati sumus: videlicet Zachariae cap. X, 3. nota Θ′ quaternionis noni: Isaiae cap. III. v. 18. nota IA′ quaternionis decimi primi initium: Isaiae cap. IX. v. 7. nota IB′ quaternionis decimi secundi: Isaiae cap. XIV. v. 9. nota IΓ′. quaternionis decimi tertii, et praeter alias, quas in editione nostra adiungi curavimus (1), vidimus tandem notam NΓ′, videlicet quaternionis quinquagesimi tertii ad cap. IX, 15. Danielis. Aliarum notarum vel nullum vestigium innotuit vestigantibus, vel plerumque antiqua pagina ad novum volumen secando ita est accomodata, ut et eiusdem notae locus ablatus sit. Nihilo tamen secius ex his, quos habemus, numeris inferre licet volumen istud ante Isaiae prophetiam novem quaterniones paginasque sex habuisse. Et cum ex illa numerali nota, quam legimus in fronte libri Isaiae ΗΣΑΙΑΣ ΙΓ, constet duodecim alias prophetias praecessisse, easdem novem quaternionibus paginisque sex inclusas fuisse certum est. Cumque autem initium quaternionis NΓ′., LIII reperissemus folio codicis nostri 201-202, facile datum est eidem respondens folium 211-212 recognoscere, quod postremum erat praedicti quaternionis in veteri codice. Folium autem istud priores illos attingit versiculos narrationis Draconis Babyloniorum, quae in Daniele ultimum (Cap. XIV) obtinet locum. Itaque supputatione instituta cognovimus, quae eiusdem narrationis reliqua sunt tribus quatuorve foliis facile posse comprehendi; ac propterea totum istud volumen προφητικὸν quatuor ac quinquaginta quaterniones haud plane

(1) Cf. pagg. 51, 67, 77, 89, 127, 131, 135, 139, 144, 149, 166, 180.

explevisse. Iccirco si singuli quaterniones recte eodem foliorum numero constitissent, libri huius vetustissimi plus minus octingentae quinquaginta quatuor paginae numerarentur.

XV. Quibus vero characterum formis haec prophetica scripta sint exarata satis aperte specimen photographicum manifestat. Hae formae, veterum exemplarium comparatione instituta, accedente artis palaeographicae peritiorum iudicio ad eam aetatem, quae inter terminos quinti septimique saeculi continetur, facile referri possunt (1). Quamquam litterae aliquantulum inclinatae sint (2), elegantem tamen nitidamque uncialem scripturam repraesentant; litterae autem continuo altera alteram sequitur absque ulla verborum distinctione. Caeterum cum omnia hoc genus quisque suis oculis in specimine commode valeat considerare, in his haud nobis necesse est pluribus immorari.

XVI. Atramento quidem usus est ad scripturam calligraphus; quaedam vero loca minio exarata conspeximus; quinimo tituli omnes miniati fuerant; ideoque vix unam vel alteram litteram ex iis cognoscere datum est (3). Color enim ille facilius quam atramentum, ablutis abrasisque membranis, evanuit. In prophetia Isaiae non modo titulum in fronte libri; verum etiam inscriptiones Visionum et Cantici Ezechiae regis, eiusdemque priorem lineam miniatis characteribus descriptam cognovimus. Eodemque pacto apud Ieremiam notari hebraicam Threnorum numerationem, et apud Danie-

(1) Cf. Vercellone Dissert. cit. p. 14. et opus cl. Attilii Giovannini « Studio storico sulla versione volgata della Bibbia » in egregio periodico – Archivio dell'Ecclesiastico vol. IV, pag. 549.

(2) Si cui negocium facessit inclinatio litterarum, ut de aetate codicis hinc dubitandi occasio oriri possit, legat quae habet Mai De Republ. praef. pag. XXVI.

(3) Huiuscemodi purpureae inscriptionis solemne exemplum repraesentat codex vetustissimus Alexandrino - Londinensis Bibliorum, saeculi ferme V.

lem initia quaedam visionum iudicamus. Praeterea hi tituli varietatem quamdam in litterarum formis praeseferunt; sunt enim charactere minime inclinato, nec non rotundiori, crassiorique descripti. Quae quidem nos maioribus litteris in editione expressimus.

XVII. Cum saepe a linea iuxta sectiones atque praecipuas periodos calligraphus exordiatur; hinc factum est ut frequentes sint initiales litterae extra columnas paginarum exaratae. Si quis vero insignis locus sit exordiendus, tunc maiori cura ac coloribus distincta initialis littera describitur; uti videre est initio Cantici Ezechiae, ubi illud є rotundae figurae ex duplici peripheria excentrica ductum est circino, et quod inter duos circulos spatii est, in superiori parte adhuc purpureo tingitur colore; quod et apud Danielem pluries factum fuisse vidimus. In canticis denique, in quibus multo frequentius linea inchoatur, initialis littera quamvis extra columnam sita, et consequentibus maior, tamen caeteris initialibus minor est.

XVIII. Quae in fine lineae describuntur verba, nonnumquam minoribus vel angustioribus formis; nonnumquam vero compendiis nexibusque contracta sunt. Etenim cum fere omnibus calligraphis maxime cordi esset scripturae suae diligentissimam, ut ita dicam, *συμμετρίαν* servare, haud patiebantur lineas nimium excedere columnae terminos. Qua de causa fit, ut non solum eiusdem syllabae elementa in duas lineas dividantur, uti in prima pagina prophetiae Isaiae linea 20 legimus ο̲υ̲, quod in sequenti linea per *κ* perficitur; verum etiam ut litterarum nexibus scriptor utatur. Frequentissimus est usus in fine linearum exprimendi diphthongum *αι* per lineolam circumvolutam ad extremitatem antecedentis litterae appositam: K̰ pro *καὶ*, et T̰ pro *ται*. Lineola pariter in superiori parte litterarum ducta vices explet sequentis *ν*. Nonnumquam *τη* et *γη* in unum nexum copu-

lantur, et *μου* per *μ̇* et *μοι* per *μ̇* exprimitur; et etiam ΓΝ̄, ΕΚΕΙΝ̄, in fine lineae usurpatum est. Nos tantummodo ubi necessitas expostulabat notavimus diaeresin, qua elementa ϊ et ϋ plerumque gaudent. Haec, vero et quae paulo ante de litteris finalibus monebamus, antiquissimorum codicum comprobat usus.

XIX. Animadversione etiam digna res est, quod pleraque nomina, quae saepius occurrunt, tum in fine tum etiam in medio linearum compendiaria ratione describi soleant, et superius lineolis quibusdam distincta conspiciantur. Hoc genus sunt cum suorum casuum variationibus *κ̄ς̄* pro *κυριος*, *θ̄ς̄* pro *θεος*, *π̄ν̄ᾱ* pro *πνευμα*, *ισλ* vel *ι̅η̅λ* pro *ισραηλ*, *δ̄ᾱδ̄* pro *δαβιδ* vel ut aliis magis arridet *δαυιδ* aut *δαυειδ*, *π̄ρ̄ᾱ*, *μ̄ρ̄ᾱ*, *ῡν̄* pro *πατερα*, *μητερα*, *υιον* aliaque huiusmodi. At vero quando verbum *κυριος* non de Deo, sed de homine habetur saepe compendiaria forma scribitur; ut etiam in vetustissimo codice Ambrosiano Pentateuchi et Iosue factum est, atque editor diligentissimus Ceriani adnotavit (1). Et nos insuper animadvertimus neque verbum *θεος* in nostro codice breviari, cum de diis gentium usurpatur (2). Inter haec compendia verborum *ουρανος*, *ανθρωπος*, *ιερουσαλημ* non una tantum, sed duplici consequenti lineola superne solent distingui; videlicet *ο̄ῡν̄ο̄ς̄*, *ᾱν̄ο̄ς̄*, *ι̅λ̅η̅μ̅*; quod fortasse vel ex pronunciatione, vel ex maiori numero elementorum, quae suppressa sunt, contigit.

XX. Praeter hanc alia etiam in vetustis uncialibus codicibus obtinuit consuetudo; videlicet nominibus hominum,

(1) Monumenta sacra et profana etc. opera Collegii Doctorum Bibliothecae Ambrosianae. Tom. III. p. XIII. Mediolani 1864. Ea, quae observavimus in codice nostro circa compendium verbi *θεος*, servata fuisse etiam in codice Ambrosiano, litterarum numerus cuiusque lineae suadet; quamquam id a methodo editoris in explicandis compendiis adhibita, non appareat. Confer Geneseos cap. XXXI, 32. Exodi capp. XVIII, 11. XX, 3. 23. XXIII, 13. 24. 32. 33. etc.

(2) Cf. editio nostra ad Isaiae cap. XXXVI, 18. 19. 20. XLI, 23. XLII, 18. et alibi.

nationum atque locorum aliisque, quae propria nuncupantur, nulla alia ratione a caeteris scriptionis verbis diversa apparent, praeterquamquod apostropho in fine consignantur hoc pacto: ισλ’, αιγυπτος’, σηειρ’, εζεκιας’, αρφαδ’, αχαζ’, σαβαωθ’. Eadem porro gaudent distinctione verba quaedam asperrimo sonu terminata: υδωρ’, γαρ’, χειρ’, φαραγξ’; quod tamen haud semper factum esse comperimus. Apostrophon insuper appingi vidimus, sed perraro, ad elisionem litterae innuendam: αφ’ου, αλλ’εις. Eadem prorsus ratione nomina huiusmodi ac formas praepositionum ellipticas etiam in percelebri codice biblico, quem Alexandrinum-Londinensem appellant, novimus notari.

XXI. Ut de aliis etiam orthographicis signis, quae conspicientibus nobis occurrerunt, aliquid dicamus, imprimis interpungendi rationem quod spectat, lectores monemus neque semper, neque apertissime signa hoc genus in palimpsesto potuisse dignosci. Attamen, uti plerumque videre datum est, quando periodus aliqua explicit, et ab initiali littera maioris formae periodus, quae sequitur, exorditur, ita ut ultima praecedentis periodi linea alterum columnae suae terminum non attingat; tunc tribus commatis signis, vel ut aiunt virgulis in hunc modum ,;, dispositis, aut duobus punctis (:) utitur calligraphus. Alias vero ubi sensus et verborum series expostulat, brevi spatio inter continua verba vacuo adiungitur punctum ad superiorem partem litterae, vel ad mediam, rarius vero ad inferiorem collocatum. Puncta huiusmodi aliquando ita in lineolam acutam vel etiam curvatam inferius desinunt, ut potius notae commatis, sive virgulae forent appellandae. Virgulae vero, seu ὑποδιαστολαὶ, ut appellat Epiphanius (1), magis ad commoditatem atque facilitatem legentium, quam ad necessitatem

(1) De Mensur. et Ponder. II.

sensus verborum videntur inductae; quippe cum, ut in veteribus codicibus est consuetudo, nulla inter sese spatii distinctione verba separentur; sed omnia ad finem usque lineae coniuncta exscribuntur. Huiusce rei exemplum ex eadem photographici exemplaris pagina patet; etenim circa initium prioris columnae legimus *αποστελει|αυτοιςκςανονος,σω|σειαυτους*, et in postrema alterius columnae linea *Πορευουκαιαφελε,τον|σακκον*. Quae commatis distinctiones tum inter relativum *ος* et verbum *σωσει* quod ab ipso pendet, cum etiam inter verbum *αφελε* et nomen *τον σακκον* quod ab illo regitur, nequaquam locum sibi poterant vindicare.

XXII. Quid denique nobis dicendum restat de accentibus deque spiritibus? Ut rem singulatim attingamus haud certe silentio erat praetereundum nos saepenumero incidisse in verba spiritu aspero vel, uti appellant, denso signata; spiritum vero lenem vel tenuem fere numquam vidimus. Spiritus quidem forma perantiqua est, qualis in vetustissimis ac etiam uncialibus characteribus apparet. Si vero quasdam pagellas (1) excipias, in quibus ex eorumdem signorum forma apertissime patet tum utrumque spiritum, tum accentus omnes a recenti manu fuisse apposita, in caeteris longe rarior est accentuum usus; pluribus autem in locis atramenti diversitas diversum a calligrapho codicis fuisse scriptorem accentuum spirituumque apertissime manifestat. Illos autem, qui quibusdam in locis codicis elegantiori, ut ita dicam, stylo ducti sunt, quaerimus primus ne codicis calligraphus, an alius postea appinxerit. Quaestio haec tum maxime a nobis erat movenda, cum reperissemus titulos illos inscriptionesque, de quibus nuper

(1) Cf. Sophoniae et Zachariae fragmentum in editione nostra pag. 172, 173, 177-189. Accentus, qui iis in locis super diphthongos apparent, medium inter utramque litteram locum occupare videntur; vel potius ad priorem inclinant, ut nos servandum curavimus.



diximus, purpureo quidem charactere descriptas, sed accentus spiritusque atramento designatos praeseferentes (1). Quod voluimus, ut omnibus manifestius innotesceret ex illa pagina, quam speciminis gratia selegimus. Conspicientibus enim patet lineas aliquot chemico apparatu investigatas nullas apparere ex eo, quod uti semel atque iterum monuimus, minio fuerint exaratae; attamen accentus atque spiritus atramento consignati eadem ratione, qua in reliquo textu ibidem visuntur. Unde aperte liquet tum accentus tum spiritus alteram manum, nusquam vero primam, adiunxisse. Quod et in aliis vetustissimis codicibus contigisse pleraque exempla demonstrant. Heic tantum nobis liceat referre, quae animadvertit cl. Tischendorf de unciali textu Novi Testamenti, quem eruit e celebri codice rescripto Ephraemi Syri; testatur (2) enim adesse in eodem codice « *accentus et signa, quae a tertia manu litteris miniatis atramento superimposita, proptereaque ne nunc quidem deleta sunt.* » Hinc igitur eruditus lector iudicium

(1) Quamquam haec ita se habeant, tamen in repraesentando codice incidimus in fragmentum Ieremiae (Cap. XXV, in editione nostra pag. 115) quod aperte titulum minio decorum, accentibus et spiritibus distinctum praeseferebat. Et cum typorum defectu in editione omnia exprimere nequeamus, heic titulum ut iacet, in codice collocamus:

ΑΕΠΡΟΦΗΤΕΥΣΕΝ
ΪΕΡΕΜΙΑΣΕΠΙΤΑ
ΕΘΝΗΤΑΑΙΛΑΜ

Diu multumque rem consideravimus, et iam a sententia superius exposita nobis resiliendum esse videbatur. At vero, re subtilius considerata, aperte cognovimus genus minii in hac scriptione minime convenire cum eo, quod in fronte Isaiae et alibi apparebat. In hoc enim Ieremiae loco valde crassior materia, et color vividior est; ita ut, deletis fere omnibus, quae atramento eadem in pagina fuerant exarata, praedictus titulus, veluti nuper descriptus, adhuc sese prodat. Ex quibus facile erat concludendum inscriptionem veterem posterius, novo purpureo colore imposito, instauratam fuisse; et tunc etiam spiritus atque accentus, qui in aliis locis non apparent, fuisse adiunctos; idque eo praesertim quod iidem accentus spiritusque haud videntur alteram expertos esse manum.

(2) Prolegom. sect. I. § 5.

ferat suum, ut si quis, sicut nonnullorum fert opinio, ex usu accentuum spirituumque codicis antiquitatem inficiari contenderit, videat quam falso sententia sua fulciatur fundamento.

XXIII. Ut absolutior codicis nostri evaderet descriptio, aliquam notitiam textus latini, atque etiam quarumdam graecarum adnotationum, quas circa marginem codicis inspeximus, heic necessum addere videretur. At cum de iis fusius nos dicturos suis in locis proposuissemus, tunc etiam eorumdem, ut ita dicam, descriptionem praebere statuimus. Pergamus modo ad quasdam in graecum textum criticas animadversiones aperiendas.

PARS II.

ANIMADVERSIONES CRITICAE AD GRAECUM TEXTUM PALIMPSESTI PROPHETARUM

XXIV. Nil antiquius, nihilque religiosius christianis graeci nominis viris umquam fuit, quam sacrarum Litterarum Veteris Testamenti versionem illam, quae Septuaginta duorum interpretum dicitur, retinere omnique studio servare. Et quamquam homines hebraicam linguam apprime callentes, et omni scientiarum cultu praestantes in orientalibus orbis christiani regionibus extitissent, qui vel varietates inter hebraicum et LXX viralem textum accurate investigarent, vel novas a primitivo idiomate versiones suo marte procuderent; tamen haec una LXX versio in honorem semper habita, usuque perpetuo est recepta. Quod quidem et apud occidentales observatum est ab ipsis ecclesiae primordiis fortasse usque ad S. Gregorii Magni tempora, quando versio hieronymiana locum illius, quae ex LXX deprompta *vetus* vel *Itala* appellabatur, vel aliarum, quas teste Augustino multas multi ex graeco fecerant, tandem obtinuit. Tanta vero eius fuit semper auctoritas, ut certe nemini, neque S. Hieronymo in mentem venisset operi sancto quidem ac laborioso, novae ex hebraico fonte versioni manus admovere, ni ipse in minus emendata eiusdem textus exemplaria incidisset. Ac iure merito; siquidem haec Bibliorum V. T. versio in sacris authenticis ac, quasi dixerim, primigeniis N. T. libris afflante Spiritu Sancto scriptis ab Evangelistis et Apostolis adhibita est. Hinc factum est ut huiusce versionis librorum copia et usus frequens, et maxima in iis exscribendis cura, et in custodiendis sedula foret diligentia; proin-

deque qui vetustissimi adhuc in toto terrarum orbe supersunt graeci codices Bibliorum V. T., versionem a praedictis interpretibus adornatam excipiunt.

XXV. Talem in numerum hocce propheticum palimpsestum, quod non modo latens, sed veluti penitus extinctum ad lucem revocare ac eruditorum in usum adducere contendimus, reponendum est. Etenim copiosa, quae eruimus, prophetarum fragmenta ad hanc pertinent LXX virorum translationem, ut cuique paululum consideranti manifeste elucet. Et cum hunc textum cum aliis contulissemus, et ad eos, qui maioris sunt pretii, quique vetustissimi habentur, quamproxime visus sit accedere, nullum nobis dubium reliquum fuit, quin inter nobiliora exemplaria LXX interpretum codex esset adnumerandus. Quod quisque suis oculis in hac editione sibi poterit persuadere.

XXVI. Verum etsi heic versionem LXX virorum haberi asserere non dubitamus; tamen, uti caeteris graecorum sacris codicibus solemne est, neque in nostro prophetia Danielis, quae ab iisdem interpretibus fuit graecis consignata litteris, invenitur (1). Quandoquidem cum ad hanc prophetiam ventum sit, non modo in biblicis codicibus, sed etiam in usu liturgico versio Theodotionis, loco versionis praedictorum interpretum usurpatur. Tantumque invaluit huius commutationis consuetudo, ut unus tantum, qui innotescat, modo supersit Chisianus codex, in quo haec Septuaginta versio reperiatur. Ex eo codice splendida facta est editio Romae anno MDCCLXXII (2); et alii cae-

(1) S. Hieronymus Praef. in Daniel ait: « Danielem Prophetam iuxta LXX » interpretes ecclesiae non legunt, utentes » Theodotionis editione; et hoc cur » acciderit, nescio. »

(2) Huius editionis non modo curator, sed etiam auctor in vulgus praedicabatur Simon (conf. Tischend. Proleg. V. T. graece p. XLVIII) De Magistris; sed postea ex authenticis testimoniis confirmatum est, quod omnis in Danielem atque in Ezechielem ex

teris membris hoc eiusdem corporis membrum per tot saecula divulsum adiunxerunt, ut A. Mai in sua Romana Graecorum Bibliorum editione, quae ex codice vetustissimo Vaticano, aliisque vetustate et pretio praestantissimis constructa est. Caeterum codex noster abs caeterorum consuetudine non discedit, et in Danielis prophetia versionem retinet Theodotionis (1).

XXVII. Fragmenta, quae ex hoc prophetico codice collecta sunt, plura Isaiae habemus; quippe qui cum et caeteris sit prolixior, sic maiorem nobis copiam suppeditavit; eius enim prophetiae paginas 113 edidimus. Caeteri vero prophetarum, quamquam messem haud tam copiosam conferrent, permultae tamen et ex iis collectae sunt reliquiae ad paginas octuaginta quatuor. Quae non modo exhibent *ἀποσπάσματα* prophetiarum Oseae, Amos, Sophoniae, Aggaei, Zachariae, Malachiae, Ieremiae, Baruch, Ezechielis, et Danielis; verum etiam aliqua ex Threnis atque Epistola Ieremiae, necnon ex historiis Susannae, et Draconis et Beli. Ex his sperabamus Malachiam integrum e distractis foliis restituturos, sed casu, nescio quo misero primum eiusdem prophetiae folium excidit. Heic singula, quae de singulis prophetis habemus fragmenta membratim recensere minime necessum esse arbitramur, nam in fronte uniuscuiusque paginae editionis nostrae, non modo prophetae nomen; sed etiam capitis atque versiculi, quae initium finemque pagellae obtinent, numerum adnotavimus.

XXVIII. Sed ut melius pateat quanti huiusmodi Bibliorum fragmenta sint facienda, rem penitus perscrutetur oratio nostra necesse est. Atque in primis cum ad patriam codicis

codice Chisiano lucubratio Vincentium De Regibus habet auctorem. Cf. editionem Ezechielis, Romae an. 1840.

(1) Res certe haud indigna notatu est, in inscriptione Danielis, quam vidimus in codice Marchaliano, de quo inferius dicemus, legi:

ΔΑΝΙΗΛ ΚΑΤΑ ΘΕΟΔΟΤΙΩΝΟΣ.

revelandam nullae praesto sint descriptae notae, ipsa, quae remanent, avulsa membra vestigare, et verba diligentius recognoscere, et quicquid vel minutissimum ad trutinam cogimur revocare, ut haec voce, ut ita dicam, sua quid, et unde sint manifestent. Consideranti igitur mihi harum paginarum orthographiam pluries scribendi peculiares formas animadverti, quae nonnisi ex speciali quadam consuetudine usuque hominum poterant venire. Reque sedulo perpensa certior factus sum modos illos, qui Alexandrinorum fuere, totum codicem occupare. Viri docti, palaeographicae artis experti, ac praecipue in vetustis Bibliorum codicibus versati, quos inter honoris caussa appellamus cl. viros Carolum Vercellone, et C. Tischendorf(1), complures scribendi formas dialecto Alexandrinae proprias et apud Alexandrinos amanuenses usitatas observare atque adnotare curaverunt. His igitur auctoribus nonnullas Alexandrinas formas referre iuvabit, ut inde eluceat quid de graeco textu codicis nostri iudicii faciendum sit. In primis inter huiuscemodi formas occurrit epenthesis litterae μ praecipue in verbis λημψεται, λημφθησεται, αναλημφθεις etc., cuius epentheseos frequentissimus est usus in Aegyptiacis, quae supersunt, monumentis, sicut viri docti atque eruditi (2) in fragmentis graeco-thebaicis, in papyris, in sacris Coptorum libris observatum esse voluerunt. Alexandrinis formis adnumeratur illud ν, quod in compositis verbis in alias litteras iuxta sequentem vocalem non immutatur: συνλυπουμενος, ενφοβοι, συνβασιλευσωμεν etc. pro συλλυπουμενος, εμφοβοι, συμβασιλευσωμεν. His adiunge τεσσερα pro τεσσαρα, ελθατω pro ελθετω (3), ηλθοσαν pro ηλθον, εξολε-

(1) Dissertazione – Dell' antichissimo Codice Vaticano della Bibbia greca – Prolegom. ad Codicem Ephraemi Syri rescriptum – Anecdot. sacr. et profan. pag. 7. – Prolegom. ad V. T. graece iuxta LXX Interpretes. Lipsiae 1860. Ad rem cf. Nickes, De V. T. codicum graecorum familiis. pag. 7.

(2) Georgi, Asseman, Hug, Peyron.

(3) Beelen. Gramm. Graecitatis Novi Testamenti § 13 – Buttmann. I. 404.

θρευω pro εξολοθρευω (1), augmentum verborum neglectum οικοδομησεν pro ῳκοδομησεν, εμμεσω pro εν μεσω, aliaque hoc genus. Denique inter has formas recensetur usus illius ν, quod ἐφελκυστικὸν vel παραγωγικὸν grammatici appellant, quodque non modo quando explicit sententia, aut sequens verbum vocali inchoatur, sed fere semper tertiis, ut aiunt, personis verborum caeterisque, quibus adiungi potest, vocibus apponitur.

XXIX. His itaque positis si ad palimpsestum nostrum oculos convertamus, tantam verborum copiam hac ratione descriptorum reperiemus, ut minime in iisdem exquirendis sit adlaborandum. Quinimo hanc inquisitionem vellem prorsus praeterire, cum cuique textum nostrum consideranti haec animadvertere quamsaepissime occurrat; verum ut rem summis, ut ita dicam, labiis delibemus, paucula, quae forte prima occurrerunt adnotamus. Isaiae Cap. IV, 1. επιλημψονται, Is. XV, 5. συνσισμος, Is. IX, 8. ενκαθημενοι, Ezechiel. X, 21. et Daniel. VII, 17. τεσσερα, Is. XXVI, 2. εισελθατω, Ezechiel. XL, 4. εορακας, Is. XXIV, 5, et XXXIV, 16. παρηλθοσαν, εξολεθρευω variis in locis codicis et sub variis verbi formis, et saepe εμμεσω (2) vidimus. Illud ν paragogicon non modo in singulis paginis, imo etiam lineolis offendas necesse est. Ex quibus dubium esse potest nemini codicem istum in his formis cum reliquis convenire, quos ex hoc capite Alexandrinos esse eruditi iudicarunt. Iam vero novimus quod plerique horum doctorum hominum hac animadversione permoti statuerunt codices percelebres Bibliorum, quos appellant Vaticanum, Sinaiticum, Alexandrinum, Ephraemi Syri Rescriptum, et Cantabrigensem, patriam habuisse Alexandriam, vel regionem Aegypti proximam. Quapropter cum huius-

(1) Rectius quidem hoc factum fuisse credimus; siquidem ἐξολεθρεύω suo respondet themati ὄλεθρος.

(2) Islud εμμεσω alia manus saepe corrigendum voluit εν μεσω, ut in adnotationibus videre est.

modi Alexandrinae formae sint eaedem et Cryptoferratensi palimpsesto et codicibus praedictis; certe immerito atque iniuria ab ea caeteris communi patria codex iste excluderetur.

XXX. Sed hac in re aperte dicam quid sentiam, atque eo securius dicam, quo cl. viros I. Secchi S. I. (1), C. Tischendorf (2), Vercellone (3) et Ceriani (4) mihi comperi consentientes. Canon istiusmodi critico-palaeographicus ex scribendi ratione petitus tum tantum satis sibi roboris vindicari mihi videtur, cum aliae reperiantur notae, quae Alexandrinam suadeant originem. Nam etsi probabile de regione scriptoris argumentum, tamen non ex omni parte certissimum, praesertim cum de sacris Bibliorum voluminibus agatur, inde haberi potest. Quandoquidem fieri utique potuisse nemo inficiabitur ab alio libro vere Alexandriae exarato, codicem alterum adeo fideliter exscriptum esse, ut quae fuissent in exemplari Alexandrinae formae, easdem apographon referret. Cumque urbem Alexandriam tum testimonio Montfaucon (5), tum ex ipsis historicis monumentis, librorum ac praecipue sacrarum Scripturarum officinam non solum locupletissimam (6) sed et elegantissimam (7) noverimus extitisse, in qua non modo viri, sed et puellae (8) quidem industri manu librariorum

(1) Annali delle scienze religiose. Roma 1839. vol. IX.

(2) Cod. Ephraemi rescript. p. 17.

(3) Dissertaz. del Codice Vaticano. Dissertaz. Accad. Roma 1864. p. 115.

(4) Monumenta sacr. et profan. tom. III. praefat.

(5) Palaeograph. graec. pag. 108.

(6) Ad haec refertur a quibusdam Euseb. in vita Constantini M. l. IV, 36, 37; sed codices, de quibus apud Eusebium sermo est, in Palaestina potius quam Alexandriae exarati esse videntur.

(7) Cf. Nicetam in vit. S. Ignatii C. P. apud Labbe Synod. Constantinopol. VIII.

(8) Si fides babenda est testimonio Cyrilli Lucari viri haud certe probatae fidei, Thecla, non quidem Martyr, ut quidam dixere, sed nobilis foemina aegyptia codicem percelebrem Londoniense-Alexandrinum descripsit. En testimonium « Liber iste Scripturae sacrae Novi et Veteris Testamenti prout ex traditione habemus, est scriptus manu Theclae nobilis foeminae Aegyptiae

fungerentur officio (1), haud immerito quis assereret ex hoc abundantissimo fonte quamplurimos ac magni pretii per universum christianum orbem SS. Bibliorum codices promanasse; propterea vero fere omnes, qui in describendis sacris codicibus darent operam, Alexandrinis usos fuisse exemplaribus. Atque etiam contingere poterat ut aliquis scriptor, ex his praesertim, qui in ecclesiasticum vel monasticum ordinem essent cooptati, ex quorum numero ne dicam omnes, maxima certe scriptorum pars semper fuit, ita lectionibus sacris ex Alexandrinis libris vel apographis assuetus esset, ut illorum formae valde sibi fierent familiares, et facili manu easdem libris, quos scribebat, adiungeret. Quamobrem uno tantum, quod ex formis Alexandrinis eruitur, momento inniti haud fas est, nec satis certam notam, nec eruditis omnibus probatam ad dignoscendam alicuius codicis patriam idipsum praebere posse videtur (2).

XXXI. Quae cum ita sint, si tantum huiuscemodi scriptionis formis in nostro codice perspectis, Alexandriam eius

ante *mile* et *trecentos* annos circiter, paulo post Concilium Nicaenum. Nomen Theclae in fine libri erat exaratum. Sed extincto christianismo in Aegypto a Mahometanis et libri una Christianorum, in similem sunt reducti conditionem; extinctum ergo et Theclae nomen et laceratum. Sed memoria et traditio recens observat.

✠ Cyrillus Patriarcha Constantin.»

Confer quae de foeminis calligraphis et de Thecla hac, nec non de eodem nomine apud Aegyptios et Habessinos non modo foeminis, sed et viris tributo, Angelus Mai habet - Cicero De Republ. praefat. pag. XXVII. Ex superiori Lucari testimonio quidam suspicionem oriri posse credidere, quod non a Thecla, sed in monasterio virginum Canonicarum apud Seleuciam S. Theclae martyris nuncupato, codicem descriptum fuisse (Grabe prolegg. apud Tischendorf Proleg. Vet. Test. § XXVI). Huius autem παρθενῶνος praeclara extant apud S. Gregorium Nazianzenum testimonia.

(1) Certe hac in re minime fugere nos poterat aliquando in codice nostro praetermissas fuisse formas alexandrinas, ita ut nonnumquam καταλειφθεις, τεσσαρων etc. legatur. Quod fortasse ex varietate vel calligraphorum vel exemplarium contingere potuit.

(2) Cf. Huet de Origene.

patriam proclamare contenderem, haud certissimam opinionem nossem me proferre. Idcirco si ius Alexandrinae civitatis nobis tuendum sit huic codici, alia quoque necessum est, accedant testimonia; quae quidem minime desunt. Comparantibus enim nobis textum huius codicis cum illa variarum lectionum segete amplissima, quam Holmes et cum eo Parsons (1) conquisitis omnibus, quae potuit, ecclesiasticis graecorum monumentis congessit et cumulavit, comperimus loca permulta, in quibus codex noster cum editione Sixtina haud perfecte consonabat, cum lectionibus, quas ex quibusdam Alexandrinis Patribus Holmes decerpserat, convenire. Equidem saepissime Origenem, Clementem, Didymum, Athanasium, Cyrillum iisdem cum codice usos esse lectionibus animadverti. Quinimo aliquando fit, ut cum ad nostrum textum tuendum caeteri codices apud Holmes deficiant, tum Patrum Alexandrinorum accedat auctoritas.

XXXII. Sed sunt etiam maiora. Si cum aliis Alexandrinis scriptoribus sacris communia in codice nostro sunt multa, cum Origene tanta intercedit coniunctio, ut iure optimo ad eumdem pertinere totum dixeris; quod omnia singulatim explorantibus manifeste elucet. Et re sane vera comparatione instituta inter huius codicis textum ac caeterorum, qui apud Holmes relati sunt, varietates ferme omnes, quas inter Sixtinam ac nostram lectionem intercedere animadverteram ab textu codicis ibi adnotati numero XII. vidimus comprobari. Codex autem iste a summis doctisque viris semper inter praestantissimos celebratus, maximoque in honore habitus ab eiusdem primo, quem novimus, pos-

(1) Huius editionis volumen I. ab Holmes editum est Oxonii 1798, et quae sequuntur quatuor a Parsons 1810–1827. Summopere esset optandum ut thesaurus istiusmodi Holmesianus novis auctus monumentis, et diligentiori elaboratum industria, scientiarum incrementis, ut par est, respondens, absolutissime denuo ederetur.

sessore Renato Marchalio Boismoraeo, Marchaliani (1) nomen sortitus est; de eoque paulo post nonnulla commemorare iuvabit. Modo hoc dumtaxat observatum volumus ipsum tot tantisque ac certissimis Origenianis characteribus insignem esse, ut inter praecipuos huiuscemodi familiae codices sit adnumerandus. Quamobrem si tanta cum isto codex noster affinitate gaudet, fieri non potest, ut aliquis hanc ut ita dicam, germanitatem valeat infringere, alterum ab altero simillimo et, quasi dicerem, gemino dissociare, atque ab eadem origine patriaque contendat extrudere.

XXXIII. Multi, iique docti viri de Marchaliano codice disseruere, inter quos appellamus Curterium (2), Bern. Montfaucon (3), Bianchini (4), Holmes (5), A. Mai (6), et tandem Tischendorf (7). Iam omnibus compertum erat codicem istum a primo suo possessore Renato Marchalio Boismoraeo in manus Cardinalis Rupifucaldi devenisse, ac ab eodem oblatum fuisse Collegio Parisiensi Ludovici Magni PP. Societatis Iesu; sed ipse Mai ex authentica venditionis syngrapha acceptum narrat eumdem codicem Romae anno 1785 pretio scutatorum nummorum 300 emptum, in Vaticanam Bibliothecam fuisse invectum. Qua in Bibliotheca nobis absque indiciis una cum cl. Vercellone inquirentibus sorte datum est illum reperire adnotatum Num. 2125, quem et sedula versavimus manu (8). Quid vero de eiusdem calli-

(1) Aliquando codex iste Claromontensis vel Claromontanus nuncupatur (Tischendorf. prolegg. V. T. pag. LVI.); quia olim Parisiis in bibliotheca collegii Claromontensis Ludovici M. asservabatur.

(2) Praef. ad Procopium Gazaeum.

(3) Palaeograph. graec. et Collect. scrippt.

(4) Vindiciae Scriptur. Canon. et Evang. Quadrupl.

(5) Holmes et Parsons. Tom. III.

(6) Nov. Patrum Bibl. tom. IV.

(7) Prolegg. ad Vet. Test. iuxta LXX. Interpretes.

(8) En descriptio codicis Marchaliani ex ipsis tabulis Bibliothecae Vaticanae deprompta:

graphia et antiquitate (1) sit iudicandum, videant periti in specimine apud Mai, cuius verba nos rursus inspecto codice heic ad eius fidem subiicimus (2). Quae vero ex Marchaliano codice speciminis gratia heic repraesentantur, testimonia exhibent gravissima, quae rem nostram quamproxime attingunt; etenim ante Isaiam et Ezechielem ea describuntur mnemosyna, quae valde dolemus apud gravissimos

Inventar. graecor. codd. vaticanor. pars III. numero 2125. Codex praestantissimus, qui fuit Cardinalis Rupifucaldi et Collegii Claromontensis Parisiis. Εκ των Ευσεβιου περι της του βιβλιου των προφητων ονομασιας και απο μερους τι περιεχει εκαστος. ΩΣΗΕ Α'. Γεγονασι μεν και προ τουτου . . . *pag. 1 unciali. Numerus est in calce pagg. De Elia Eliseo et Zacharia alia manu.*– Ονοματα προφητων και ποθεν εισι και που απεθανον και πως και που κεινται. 5. Ησαϊας απο ιερουσαλημ – *De Osea rursus male interpretato in chartula praefixa.* 5^a Ο οσιος Ωσηε αυτος ην . . . 8. ΩΣΗΕ Α'. Λογος κυριου ος εγενηθη . . . 12. *cum schol. marg.* ΑΜΩΣ Β'. Λογοι Αμως οι εγενοντο . . . 23 *tergo vers.* ΜΙΧΑΙΑΣ Γ' Και εγενετο λογος κυριου . . . 33 *t.°* ΙΩΗΛ Δ'. Λογος κυριου ος εγενηθη . . . 41. ΑΒΔΙΟΥ Ε'. Ορασις Αβδιου. ταδε λεγει . . . 46. ΙΩΝΑΣ ϛ'. Και εγενετο λογος κ̅υ̅ . . . 47 *t.°* ΝΑΟΥΜ Ζ'. Λεμμα (sic) Νινευη . . . 51. ΑΜΒΑΚΟΥΜ Η'. Το λημμα ο ειδεν . . . 54. ΣΟΦΟΝΙΑΣ Θ'. Λογος κ̅υ̅ ος εγενηθη . . . 58. ΑΓΓΑΙΟΣ Ι'. Εν τω δευτερω ετει . . . 61 *t.°* ΖΑΧΑΡΙΑΣ ΙΑ'. Εν τω ογδοω μηνι . . . 64 *t.°* ΜΑΛΑΧΙΑΣ ΙΒ' Λημμα λογου κ̅υ̅ . . . 79 *t.°* Ορασις οιηθει μεν αν τις *(De Isaia notitia . . . 84) Adnotatio qua docemur hoc exemplar transcriptum fuisse ab* αυτογραφω *Abbatis Apollinarii Coenobiarchae, quod a duobus aliis proveniebat immediate Origenianis et Eusebianis.* ΗΣΑΙΑΣ. Ορασις ην ειδεν . . . 85. *Pag. 89 t.° in margine notantur tres versus qui non inventi sunt in* πεντασελιδι, *quorum nec Origenes meminit.* ΙΕΡΕΜΙΑΣ. Το ρημα του θεου . . . 168. ΒΑΡΟΥΧ. Και ουτοι οι λογοι . . . 258. ΘΡΗΝΟΙ ΙΕΡΕΜΙΟΥ. Και εγενετο . . . 266. Η μεν αρχη *(In Ezechielem) Notatio, hunc provenire a libro Abbatis Apollinarii Coenobiarchae, qui liber ab Eusebio et Pamphilo ad ipsa Origenis autographa hexapla correctus fuerat,* (in margine ab eadem manu adiungitur) *Scholiorum ergo auctor Eusebius* . . . 280 *t.°* Ετει της αιχμαλωσιας μηνι πεμπτω. ΙΕΖΕΧΙΗΛ. Και εγενετο . . . 281. ΔΑΝΙΗΛ ΚΑΤΑ ΘΕΟΔΟΤΙΩΝΟΣ. Και ην ανηρ . . . 377. *Nota deesse duo folia pag. 397 t.°* »

(1) Montfaucon in Palaeographia modo ad saeculum VII, modo ad VIII retulit. De hoc codice Tischendorf in Prolegomenis ad V. T. iuxta LXX, § 23, dicit – Codex prophetarum omnium Claromont. (XII. Holm.) nunc Vatic. saeculi fere VII; de quo nuper exposuit Maius.–

(2) Nova Patrum Bibliotheca tom. IV

scriptores minus accurate fuisse latine expressa; quare etiam interpretationem adiungimus: *(Cod. Marchal. fol. 84.)*

ΜΕΤΕΛΗΦΘΗ Ο ΗΣΑΙΑΣ ΑΠΟ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΥ·
ΤΟΥ ΑΒΒΑ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΟΥ
ΕΝ Ω ΚΑΘΥΠΕΤΑΚΤΟ ΤΑΥΤΑ
ΜΕΤΕΛΗΦΘΗ Ο ΗΣΑΙΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑΣ ΕΚΔΟ
ΣΕΙΣ ΕΞΑΠΛΩΝ ΑΝΤΕΒΛΗΘΗ ΔΕ ΚΑΙ ΠΡΟΣ
ΕΤΕΡΟΝ ΕΞΑΠΛΟΥΝ ΕΧΟΝ ΤΗΝ ΠΑΡΑΣΗΜΕΙ
ΩΣΙΝ ΤΑΥΤΗΝ ΔΙΟΡΘΩΝΤΑΙ ΑΚΡΙΒΩΣ ΠΑ
ΣΑΙ ΑΙ ΕΚΔΟΣΕΙΣ ΑΝΤΕΒΛΗΘΗΣΑΝ ΓΑΡ ΠΡΟΣ ΤΕ
ΤΡΑΠΛΟΥΝ ΗΣΑΙΑΝ· ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΕΞΑΠΛΟΥ̅
ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑ ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΡΧΗΣ ΕΩΣ ΤΟΥ
ΟΡΑΜΑΤΟΣ ΤΥΡΟΥ ΑΚΡΙΒΕΣΤΕΡΟΝ ΔΙΩΡΘΩΤΑΙ
ΕΥΠΟΡΗΣΑΝΤΕΣ ΓΑΡ ΤΩΝ ΜΕΧΡΙ ΤΕΛΟΥΣ ΤΟΥ
ΟΡΑΜΑΤΟΣ ΤΥΡΟΥ ΤΟΜΩΝ ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΣΑΙΑΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΑΚΡΙΒΩΣ
ΕΠΙΣΤΗΣΑΝΤΕΣ ΤΗι ΕΝΝΟΙΑι ΚΑΘ ΗΝ ΕΞΗΓΗ
ΣΑΤΟ ΕΚΑΣΤΗΝ ΛΕΞΙΝ ΚΑΘΩΣ ΟΙΟΝΤ.....
ΚΑΙ ΠΑΝ ΑΜΦΙΒΟΛΟΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΚΕΙΝΟΥ
ΕΝΝΟΙΑΝ ΔΙΩΡΘΩΣΑΜΕΘΑ· ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟΙΣ ΣΥ
ΝΕΚΡΙΘΗ Η ΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΕΚΔΟΣΙΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΑ ΥΠΟ ΕΥΣΕΒΕΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΣΑΙΑΝ
ΕΙΡΗΜΕΝΑ· ΕΝ ΟΙΣ ΔΙΕΦΩΝΟΥΝ ΤΗΣ ΕΞΗ
ΓΗΣΕΩΣ ΤΗΝ ΕΝΝΟΙΑΝ ΖΗΤΗΣΑΝΤΕΣ ΚΑΙ
ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ ΔΙΩΡΘΩΣΑΜΕΝΟΙ.

» *Exscriptus est Isaias ab exemplari Abbatis Apo-*
» *linarii coenobiarchae, in quo haec adiungebantur: Ex-*

» *scriptus est Isaias ab hexaplis, quae iuxta editiones con-*
» *fecta sunt. Collatus autem est et cum alio hexaplo, cui haec*
» *adiecta est adnotatio: Emendatae sunt diligenter editio-*
» *nes omnes; sunt enim collatae cum Isaia tetraplari; immo*
» *vero et cum hexaplari. Praeterea, quae ab initio sunt*
» *usque ad visionem Tyri, accuratius etiam emendata fuere.*
» *Nam copiam habuimus Tomorum Exegeticorum Origenis*
» *in Isaiam, qui visionis Tyri finem attingunt; et quan-*
» *tum fas erat, sedulo animadvertimus quo sensu ille sin-*
» *gulas lectiones explicavit; et quicquid ambiguum esset,*
» *secundum illius mentem emendavimus. Ad haec LXX viro-*
» *rum editio etiam cum iis quae Eusebius dixit in Isaiam,*
» *comparata est; in quibus discrepabant, exquirentes in-*
» *terpretationis sensum, iuxta eumdem emendavimus.* »
Et pariter ante Ezechielem haec sunt inscripta : (*Cod. Marchal. fol.* 280.)

ΜΕΤΕΛΗΦΘΗ ΔΕ ΑΠΟ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΥ ΤΟΥ
ΑΒΒΑ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΟΥ ΕΝ Ω
ΚΑΘΥΠΕΤΑΚΤΟ ΤΑΥΤΑ ΜΕΤΕΛΗΦΘΗ Α
ΠΟ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑΣ ΕΚΔΟΣΕΙΣ ΕΞΑΠΛΩΝ ΚΑΙ
ΔΙΟΡΘΩΘΗ ΑΠΟ ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΤΕ
ΤΡΑΠΛΩΝ Α ΤΙΝΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΧΕΙΡΙ ΔΙΟΡΘΩ
ΤΟ ΚΑΙ ΕΣΧΟΛΙΟΓΡΑΦΗΤΟ· ΟΘΕΝ ΕΥΣΕΒΕΙΟΣ ΕΓΩ
ΤΑ ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΡΕΘΗΚΑ· ΠΑΜΦΙΛΟΣ ΚΑΙ ΕΥΣΕ
ΒΕΙΟΣ ΔΙΟΡΘΩΣΑΝΤΟ

» *Exscriptus est ab apographo Abbatis Apolinarii coe-*
» *nobiarchae, in quo subiiciebantur haec: Descriptum*
» *est ab hexaplis, quae iuxta editiones sunt constructa,*
» *atque emendatum est ex Origenis ipsius tetraplis, quae*
» *ipse manu sua correxit scholiisque adornavit; unde ego*

» *Eusebius scholia adiunxi. Pamphilus et Eusebius emen-* » *daverunt.* » Postquam haec retulisset mnemosyna, sese cohibere non valuit Mai, quin exclamaret « Vides codi- » cem aedepol praestantissimum; » cui iudicio fieri non potest, quin nos ultro libenterque assentiamur.

XXXIV. Quanti haec ad rem nostram faciant non modo inter utrumque codicem consensio, sed et quae mox dicemus suadent. Etenim manifesta res est quod si alter ex his codicibus ex origeniana prodiit editione, et alter etiam ex eadem prodiisse dicendus sit; siquidem ambo inter sese quammaxime consentiunt, in iis praesertim locis, in quibus abs caeteris discedunt; ita ut ambos ad eamdem pertinere editionem nemo non videat. At vero omni procul dubio ex origenianis fontibus codex Marchalianus venit; quandoquidem ea, quae nuper exposuimus, testimonia adeo genuina liquido rem declarant; nil igitur ex his erui potest praeterquamquod eiusdem origenianae familiae codex noster sit proclamandus. Fortasse quispiam, cum viderit codicem istum iisdem ac Marchalianum curis fuisse adornatum, etiam exemplar, unde codex noster exscriptus est, Eusebii manum expertum fuisse arbitraretur; proindeque in Palaestina potius, quam in Aegypto exaratum fuisse iudicaret; cui sententiae minime nos adversari volumus; contenti enim sumus si non patriam, tamen eiusdem originem aperte adinvenisse.

XXXV. Etsi origenianae familiae iura his luculentissimis testimoniis codici nostro adserantur, alia quoque, quae ipsum praesefert palimpsestum, ut res magis magisque elucescat, adiungenda arbitror. Quibusdam in paginis codicis nonnullae adnotationes in margine graeci textus adiectae visuntur. Hae uncialibus scriptae litteris aliquantulo minoribus textu atque erectioribus, sed tamen ab eadem, ac textus, manu exaratae sunt; nam ubi aliquando calligraphus in ipso textu

erectis utitur formis, tum inter utriusque characteris figuram nihilum quidem est discriminis. Adnotationes autem haud omnes ad unum idemque pertinent genus: sunt quaedam, quae tantummodo editionum varietates indicant; ut bis (pagg. cod. 8. 9) Symmachi editionem notari conspeximus, quod quidem ex ipsis Hexaplis vel Tetraplis Origenis deductum esse videtur. Neque heic praetereundum est lectionem illam εθορυβηθη pro σαλευθη (Is. cap. VII, 2.) et alteram ibidem variam lectionem εκλονηθη minime reperiri in iis, quae ex origenianis Hexaplis habemus (1), neque in supplementis apud Holmes, neque in codicibus syro-hexaplaribus, quibus aliquid ex hoc codice adiungi posse laetamur. Quod quidem non modo maiorem huius codicis cum Marchaliano arguit affinitatem, sed etiam et propius ad communem accedere originem demonstrat.

XXXVI. Sunt praeterea duae inter caeteras adnotationes, quae notitiam eruditis viris, ut autumo, pergratam afferent. Iam a pluribus saeculis Tomos Exegeticos Origenis in Isaiam amissos iure merito studiosi homines lamentantur. Horum mentionem et ipse Origenes nonnumquam facit, atque Eusebius Caesariensis narrat confectos esse imperante Gordiano; aetate vero sua triginta numero fuisse. Eumdem tomorum numerum confirmat Hieronymus (2), sed iam ea tempestate tomum XXVI. periisse nos docet. Nunc vero duo tantum supersunt fragmenta (3) ex tomo primo et vicesimo octavo, quae ex Apologia Pamphili martyris deprompta sunt. Ad hosce itaque tomos spectat notia, quam in codice nostro legimus; etenim ad verba illa Isaiae Cap. VI, v. 5. κ̅ν̅ σαβαὼθ ειδον τοις οφθαλμοις μου legitur: Ιστεον ως μεχρι τουτων προηλθεν ωριγενει ὁ ἑβδομος των εις τον προφητην εξηγητικων τομος. Quod quidem convenit cum notula

(1) Origenis. opp. tom. VI. edit. Migne.

(2) Praefat. Comment. in Isaiam.

(3) Origen. tom. III. edit. Migne.

codicis Marchaliani, in qua ad verba, quae immediate sequuntur, in margine apponitur: Τομος Η'. videlicet: *Tomi octavi initium*. At initium sequentis tomi noni in eiusdem prophetiae editione, quam ex praedicto codice Curterius suo Procopio in Isaiam adiunxit, adnotatum non reperitur; in codice vero nostro ad verba Cap. VII. v. 9. *ουδε μη συνητε* legitur: *Ιστεον ὡς μεχρι τουτων ωριγενει προηλθεν ο ογδοος των εις τον προφητην εξηγητικων τομος.* Cuius alterius notae veritatem si confirmare velimus, auctoritate Hieronymi uti possumus. Is enim in commentario suo ad Cap. VI. Isaiae Origenem ex octavo tomo inducit loquentem, et evincentem, Iudaeos ante Christum Dominum Sacras Litteras minime adulterasse.

XXXVII. Cum vero in his, quae origenianos tomos in Isaiam respiciunt, sermo noster versetur, certe viris rei patrologicae studiosis haud ingratum erit nos istiusmodi tomorum indicationes referre non ab editione Curterii, quem nonnullae fugerunt, sed ab ipso Marchaliano codice collectas. Nulla prorsus Tomorum mentio ibi est ad sextum usque Tomum, qui ad verba Τομος ς'. *Και επιληψονται επτα γυναικες.* Cap. IV, 1. initium habet. Tomus septimus v. 20, Cap. V. respondet: Τομος Ζ'. *Ουαι οι λεγοντες το πονηρον καλον.* Iam ab nostro Cryptoferratensi palimpsesto accepimus, ubi et septimus concluditur et octavus inchoatur Tomus; quod etiam a Marchalianis notis videmus confirmari. Attamen cum nulla appareat in Marchaliano codice numeralis nota Tomi noni, eiusdem initium, ut nuper monueramus, patet fuisse ad verba Cap. VII, 10. *Και προσεθετο κ̅ς.* Deinde vidimus signari Τομος Ι'. Cap. VIII, 1 - Τομος ΙΑ'. Cap. IX, 8 - Τομος ΙΒ'. Cap. X, 12 - Τομος ΙΓ'. Cap. X, 24 - Τομος ΙΔ'. Cap. XI, 11 - Τομος ΙΕ'. Cap. XIII, 1 - Τομος Ις'. Cap. XIII, 17 - Quae pone sequuntur, indicationes deficiunt usque ad Τομος ΚΑ'. Cap. XIX, 1. et postea usque ad tricesimum tomum hoc pacto adnotantur. Τομος ΚΒ'. Cap. XIX, 18 - Τομος ΚΓ'.

Cap. XXI, 1 - Τομος ΚΔ'. Cap. XXII, 1 - Τομος ΚΕ'. Cap. XXIII, 1 - Τομος Κϛ'. Cap. XXIV, 1 - Τομος ΚΖ'. Cap. XXVI, 1 - Τομος ΚΗ'. XXVI, 16 - Τομος ΚΘ'. Cap. XXVII, 11 - Τομος Λ'. Cap. XXIX, 1. ad finem usque visionis Tyri, quae cum eodem capite explicit. Haec igitur omnia de origenianis Tomis tum in margine, tum in mnemosynis Marchaliani codicis adnotata sunt, ut pateret quanti esset habendus codex tanta elaboratus industria; attamen cum iidem Tomi ad codicem nostrum adornandum sint adhibiti, eiusdem certe pretii ac Marchalianus ex hoc capite haberi debet; cum vero Cryptoferratense palimpsestum Marchaliano vetustius iudicetur, maiorem etiam meretur venerationem.

XXXVIII. Reliquum est circa marginales adnotationes animadvertere, quasdam non modo indicationes, sed scholia dicenda esse vel hermeneutica, vel exegetica. Haec autem sedulo investigantes comperimus in multis persimilia esse, ne eadem dicam, iis quae vel apud Eusebium vel apud Procopium Gazaeum in Commentariis ad Isaiam legimus, quodque suis locis adnotare curabimus. Et sane vix ulla inter utrumque sermonem varietas apparet, quae cum aliquando appareat, ab scholiastae manu inducta videtur; is enim veluti necessitate cogebatur in excerpendis sententiis atque suis locis aptandis aliquid immutare. Qua in re opinionem nostram in medium proferre liceat; videlicet adnotationes huiusmodi neque Eusebii neque Procopii verba videri, sed potius excerpta quaedam ex Origene, ac fortasse ex eiusdem Exegeticorum tomis (1), quos ibi adnotari vidimus. Siquidem aperta res est tum Eusebium tum Procopium (2) plura ab Origene mutuatos suis commentariis attexuisse. Quod comprobari posse arbitror ipsius Eusebii

(1) Confer easdem adnotationes, et praecipue eam, quae est ad Cap. VII. v. 18. Isaiae et seqq.

(2) Cf. Curterium, Montfaucon, Mai loc. cit. et Vercellone, *Un codice greco palimpsesto ecc.* pag. 15.

*

verbis, quae in altero ante Ezechielem mnemosymo codicis Marchaliani legimus; ibi enim postquam de scholiis, quae Origenes sua manu Ezechieli adiunxerat, verba fecisset, ait: ὅθεν εὐσέβιος ἐγὼ τὰ σχόλια παρέθηκα. *Unde ego Eusebius scholia apposui.* Ad haec autem confirmanda utinam eiusdem Origenis Tomi tandem aliquando, si tamen supersunt, apparerent.

XXXIX. Utque etiam atque etiam codicis nostri ab origenianis libris derivatio elucescat, haud ingratum erudito lectori opus suscipiam in comparandis lectionibus quibusdam, quas a communi textu codex noster varias exhibet, cum iisdem prophetarum verbis, quae in aliis Origenis operibus reperiuntur. Qua in re adeo iam manifesta, cum mihi vel maxime brevitati studere proposuerim, aliqua tantum hinc inde excerpta apponere iudicavi. Apud Ierem. Thren. Cap. II, v. 8. iuxta receptum textum legimus Καὶ ἐπέστρεψε διαφθεῖραι τεῖχος... sed in selectis Origenis in eumdem prophetam (1) legimus ut in nostro codice (2) Ἐλογίσατο κύριος τοῦ διαφθεῖραι τεῖχος... Apud Ezechielem Cap. VI, v. 10. codex noster habet. Εγω κ̅ς̅ ουκ εις δωρεαν λελαληκα του ποιησαι αυτοις απαντα τα κακα ταυτα. Ταδε..... Quae quanto a Sixtina editione variant, tanto Origeni (3) conveniunt. Ait enim: « Οὐκ εἰς δωρεὰν λελάληκα » οἴομαι τὸ μὴ μάτην συμβαίνειν τὰ ἐπιμεριζόμενα τοῖς ἀναξίοις συστικὰ νῦν λεγόμενα κακὰ κ. τ. ε. In codice nostro Cap. I. Isaiae v. 6. verba illa, quae a recentiori manu in margine adiuncta sunt: οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, vel casu quodam, vel calligraphi oscitantia a textu excidisse arbitretur nemo (4); nam et in Philocalia (cap. XXV.)

(1) Cf. edit. Migne opp. Origenis tom. III. col. 636.

(2) Conveniunt Marchalianus aliique plures codices.

(3) Cf. Select. in Ezechielem, in tomo cit. Hoc idem in aliis habetur codicibus; est enim interpretatio Theodotionis, a quo plurima Origenem hausisse nemo ignorat.

(4) Hoc idem in codice Marchaliano aliisque fortasse ab Origenianis textibus derivatis contigisse exploratum est.

Origenes eumdem Isaiae locum iisdem carentem verbis adducit. Ad Isaiae Cap. XLV, 1. legimus in codice εκρατησα της δεξιας αυτου ut ipse Origenes habet in Philocalia (cap. XXVI.) et in Commentario in Genesim (tom. III). Eiusdem Prophetae Cap. XIV, 12. ab aliis diversus codex habet επι την γην, ut Origenes in Commentario in Psalmos. Denique ne plura consecter, apud Malachiam Cap. IV, 5. deest Και in ipso initio; legitur enim Ιδου εγω... quod etiam deesse apud Originem in Commentario ad Iohannem (tom. VII) vidimus. Fere omnes, quos selegimus, loci non modo ab testimonio operum ipsius Origenis comprobantur; verum etiam ab aliis vetustis codicibus, qui ab origenianis curis derivarunt; ac praesertim a codice Marchaliano, de quo plura diximus. Ex his itaque, et ex aliis pluribus, quae referre supervacaneum ducimus, cuique facile patet praeter tot alia argumenta hoc nos habere, quod vel Origenes ipse verbis suis editionem hanc codicis fateri suam videatur.

XL. Cum probatissimis testimoniis textum codicis Cryptoferratensis nobis comparantibus haud certe erat praetereundus percelebris codex, qui paucis abhinc annis a Tischendorf in Monasterio montis Sinai detectus, Petropolim delatus, ibidem imperiali magnificentia editus Sinaiticus est appellatus (1). Neminem eruditorum hominum latet quanti in re critica codex iste habendus sit, et quantam sibi vindicet auctoritatem; unus enim est in orbe universo, qui graecum Vaticanum exemplar Bibliorum exaequet aetate, et communem, quasi geminus, originem contendat;

(1) « *Bibliorum codex Sinaiticus Petropolitanus, auspiciis augustissimi Imperatoris Alexandri II, ex tenebris protraxit, in Europam transtulit, ad iuvandas ac illustrandas sacras litteras edidit Constantinus Tischendorf. – Petropoli* 1862. » Plura pluries Tischendorf de eodem disseruit; ac post eum inter nostrates cl. v. Vercellone (Dissertazioni accad.), Giovannini (op. cit. vol. III. pag. 672), et De-Rossi praeter eiusdem notitiam, mnemosynon quoddam codicis scite eruditeque declaravit (Bullettino di Archeolog. crist. an. I. pag. 62, 65).

caeteros autem omnes, qui supersunt, codices tum pretio tum tempore una cum praedicto Vaticano antecellat. Caeterum in hac collatione mirum quoddam nobis contigisse visum est (1). Siquidem plures varias ab editione Sixtina lectiones excerpsimus ex codice nostro, easdem studuimus comparare cum innumeris testimoniis, quae in Holmesiano thesauro ex monumentis aetatum omnium atque locorum cumulata sunt. At vero aliquot in locis nullum ibi nacti sumus testem, qui codicis lectionem comprobaret; ideoque vel unicus in illis lectionibus vel mendosus videbatur iudicandus. Cum vero hae lectiones in textu Sinaitico exquisitae sint, haud sine admiratione percepimus ambo unice inter sese his in locis concordare. En aliqua huius singularis convenientiae exempla, quae in quibusdam Isaiae locis duntaxat exquisivimus, et quibus certe plura possent adiungi. Cap. VII, v. 8. ambo iique unice tacent *και η κεφαλη Δαμασκου Ρασιμ* - Cap. IX, 7. iidem tantum habent *και εως του αιωνος* - Cap. XVIII, 3. *αρθησεται* pro *αρθη* - Cap. XX, 3. addunt *και νοησουσιν* - Cap. XXX, 33. codex noster legit *πυρ και θειον και ξυλα*, cui unicus Sinaiticus accedit *πυρ ακεθειονκαι ξυλα* - Cap. XXXI, 7. pro *αι χειρες* ambo legunt *οι δακτυλοι* - Cap. XXXVI, 11. ex vers. 3 eiusdem cap. in ambobus iteratur *ελιακειμ ο του χελκιου ο οικονομος και σομνας ο γραμματευς* - Cap. XXXVI, 20. Sinaiticus prima manu, et noster habent *ο τις ερυσεται* pro *οτι ρυσεται* - Cap. XXXVII, 3 pro *ηλθον* una cum nostro et cod. 306 (2) apud Holmes habent *ηλθοσαν* - Cum vero lamentabilem iacturam in prophetis Sinaiticus codex passus sit, nonnihil certe erit rei criticae emolumenti ex consimili textu aliqua fragmenta reperiri.

XLI. Igitur ex omnibus, quae de graeco nostri codicis

(1) Vercellone - Un codice greco palimpsesto ecc. pag. 21.

(2) Codicem istum in variis lectionibus, quas excerpsimus, et cum eodem conferimus quamproxime cum nostro consentire nacti sumus.

textu hactenus disputata sunt, nobis iure meritoque concludendum videtur, quod sive Alexandriae vel in Aegypto, sive in Palaestina, vel alibi codex descriptus fuerit, ab editione Septuaginta virorum, quae Origenis curas est experta, eum venire dubium potest esse nemini. Ea vero quae inter nostrum et eos, qui praestantissimi habentur, biblicos codices intercedit convenientia, ab eorumdem auctoritate minime secernendum esse codicem istum comprobat. Quinimo si nos ab illis hunc aliquantulum discedere vidimus, in eo praesertim comperimus discedere, quod iisdem in scribendi ratione emendatior sit et castigatior; ita ut vel rarissima sint verba, in quibus vel iotacismi, vel aliae a simili pronunciandi ratione in alios codices derivatae mendae (1) heic appareant. Cuius reì parallelos locos in medium proferre abstinemus, cum ab hac ipsa editione eruditi viri facile id valeant recognoscere.

(1) Vercellono – Dissertazioni Accademiche pag. 124, ubi sermo est de vetustissimo codice Vaticano; et Tischendorf, Codex Friderico – augustanus §. 10, Codicis Ephraemi edit., Proleg. ad N. T. pag. 18. etc.

PARS III.

DE DUPLICI VERSIONE LATINA ISAIAE EX EODEM ERUTA PALIMPSESTO.

XLII. Etsi ea, quae de palimpsesto diximus, eiusdem praestantiam oppido declarent, ita ut in his graecis eruendis reliquiis haud certe nos opus oleumque perdidisse arbitrati simus; tamen duplex versio latina, quae in margine codicis latitabat, ita investigationem allexit nostram, ut non minori studio ac contentione ad eam perlegendam atque in adversariis referendam animus intenderet. Versio haec, quae circa Isaiam dumtaxat conspicitur, superiorem et exteriorem marginis obtinet partem, continuis plerumque, quantum spatium marginis capere potuit, describitur lineis; nonnumquam tamen et a linea inchoatur, praesertim ubi loci est angustia. Modo maiori perspicuitate characteres gaudent, modo etiam abrasi deletique prorsus sunt atque abscissi; ita ut lacunae quaedam inde in editione nostra necessario fierent. Ab iis vero, quas in superiori parte nuper descripsimus (1), graecis adnotationibus abrupta ac coarctata apparet latina interpretatio; unde dubium sit nemini adnotationes illas longe antea fuisse in eodem codice exaratas.

XLIII. Si vero scriptionis figura spectetur, quae in ipso photographico specimine videri potest, eam cum iis monumentis, quae circa saeculum decimum descripta sunt, convenire nobis nemo non assentietur. Praesertim vero ea accedere visa est ad litteram percelebris codicis sacrorum Bibliorum, qui in Monasterio Monachorum S. P. Benedicti ad Basilicam Ostiensem asservatur. Quocum vel ma-

(1) Conf. Prolegg. part. II. §. XXXV. pag. XXXVI. et seqq.

xime congruit non modo in formis characterum, verum etiam in iis, quae scriptionis siglae, et litterarum nexus appellantur, nec non in iis, quae sunt verborum compendia. Quinimo eadem est in utroque codice numerales notas describendi ratio. Cum vero de praedicto Ostiensi codice disserens Mabillon (1) recte animadvertisset illius aetatem ad regnum Karoli Calvi (an. Chr. 830-877) esse reponendam, certe haud longe a veritate aberraret, qui circa IX vel X saeculum versionem latinam huic nostro codici aliquem appinxisse iudicaret. Consideranti insuper mihi specimina, quae habemus praeclarissimi codicis sacrorum Bibliorum, qui in bibliotheca Vallicelliana adservatur (2), ab eiusdem scriptura parum abesse latina illa codicis nostri visa est. Codicem autem istum Vallicellianum ad saeculum octavum vel nonum referunt eruditi. Unde etiam de scripturae codicis nostri aetate confirmatur iudicium.

XLIV. Si quid praeterea hac super re lubeat considerare, in ipsa priori pagina Isaiae verba graeca *οὐκ ἐστιν ἐν αὐτω ὁλοκληρία* in margine vides apposita (3). Haec autem ita collocata sunt, ut latinis characteribus abruptis medium teneant locum; atque inde facile quisque recognoscere possit haec verba omnino antequam latinae interpretationes adiungerentur, sed tamen eodem ac illae tempore, atque ab eadem manu fuisse exarata. Scriptor enim totus in eo fuisse videtur, ut graeci textus cum versione Hieronymi consonantiam animadverteret; cumque eo venisset, atque in graeco textu verba illa non reperisset, eadem inter scribendum in margine adiunxisse arbitror. Horum autem cha-

(1) Musaeum Italicum tom. I.

(2) Blanchinius, Evangel. Quadrupl. tom. I. pag. DC. Ab cl. viro Carolo Vercellone accepimus Vallicellianum cum codice S. Pauli, quos ambo ipse pluries consideraverat, ita convenire, ut alterum ab altero exscriptum fuisse facile appareat.

(3) Confer Prolegom. nostr. par. II. §. XXXIX. pag. XL.

racterum graecorum forma haud certe aliena est ab exemplis, quae characterum saeculi decimi habemus. Nonnullae etiam similes graecae litterae ab eadem manu descriptae in codice usurpantur: uti notae numerales, quibus in singulis pagellis loca utriusque textus graeci et latini vicissim respondentia consignantur. Huius etiam sunt generis aliae numerales notae graecae, quae nonnumquam referunt numerum sectionum latinae versionis, de quibus inferius dicemus, quarum unam N′ nempe quinquagesimam sectionem, videsis in ipso specimine photographico ad dexterum latus prioris columnae. Nec denique inter has minimas graecas notas silebimus verba quae in ipso textu latino sunt (1) καὶ τὸ ἄχει τὸ χλωρὸν, de quibus etiam mox dissereimus. Ex quibus omnibus litterarum figuris ad aetatem scriptionis circa nonum vel potius decimum saeculum definiendam monumentum alterum exsurgit.

XLV. Pro certo tamen habendum est saeculo decimoprimo haud esse recentior; etenim, ut in priori parte (2) monuimus, nonnullae eiusdem codicis paginae ad secundam excipiendam scripturam, videlicet Parakleticon S. Iohannis Damasceni, circa illud temporis fuerunt accommodatae. Verum enim vero si cui severioris iudicii homini arrideat asserere, quod dum membranae, deletis prophetis, ad alias scripturas sunt adhibitae, tum Isaiae tantum graecus textus servatus atque versionibus circumquaque adornatus fuerit; ideoque harum versionum scriptio ad recentiorem etiam deduci possit aetatem, nulla habita ratione suprascripti Parakletici, quód hucusque in aliis tantum prophetis inscriptum vidimus; ab eius sententiae confutatione mallem abstinere. At vero aliquid ad rem animadvertere non recusabo. Ac praesertim hoc vellem considerari, quod nullam veritatis speciem praeseferat opinio, quae tueatur

(1) Isai. Cap. XIX, v. 7.

(2) Cf. Prolegg. par. I. §. VII.

folia eiusdem vetusti codicis in varios usus distracta, alia semel alia iterum deleta, denique in unum idemque volumen casu, nescio quo mirabili, coisse. Insuper inter prophetarum libros, Isaiae prophetia utpote praestantissima, prae caeteris in usu ecclesiastico liturgicoque adhibita est, ac propterea eiusdem folia facilius quam caetera pessumdari deberent; proindeque fit ut si ex uno volumine prophetarum aliquid post eiusdem usum remaneret servandum, hoc certe minime ex Isaia foret. Quapropter cum ex hac contraria animadversione caetera, quae circa aetatem codicis habemus, momenta nullo pacto labefactentur, cuique sane integrum est asserere, quod eiusdem latinae scripturae aetas intra noni ac decimi saeculi fines constringitur.

XLVI. Cum itaque de latina scriptura codicis nostri dixerimus, quaedam de ipsis, quas exhibet versionibus, aliquid edisserere praestat. Hieronymiana Isaiae interpretatio continuo graecum comitatur textum, et qui illam in hoc codice exaravit, diligentissime in opus suum incubuisse se prodit. Etenim cum ex vetustiori libro eam exscripsisset, quando ad versiculum 10 capitis XXIX ventum est, et quaedam in exemplari suo latino desiderari cognovisset, id voluit expressis declarare verbis. Quandoquidem (1), ex ipso graeco textu translata sunt haec verba « *Et claudebit oculos* » *eorum. et profetarum eorum. et principum eorum qui con-* » *spiciunt occulta* » et statim scriptor adiungit « *Haec verba* » *non sunt apud latinum librum* ». Ex quo certe haud leve erit eruditis ad commendationem exemplaris nostri argumentum. Cui et alterum etiam observandum accedit, videlicet quod eiusdem scriptor non modo amanuensis munere fungebatur, sed et singulas sententias sedulo considerabat, et quidquid hieronymianum inter et graecum textum esset discrepantiae adnotare satagebat. Praeterea cum hunc

(1) Cf. paginam codicis 11, in editione nostra pag. 261.

ipsum codicis textum et ad illum, quem inter Opera S. Hieronymi (1) edita a Martianay et ad Clementinum Bibliorum (2) exemplar, quod nuper accuratissime edidit Carolus Vercellone, contulissemus, nonnullas nacti sumus lectiones varias, ex quibus aliquid emolumenti biblicis lucubrationibus futurum speramus.

XLVII. Altera etiam, ut iam innuimus, huic hieronymianae adiuncta atque permixta latina legitur interpretatio. Huius autem, quae principio rarius apparet, propheta procedente, adeo copia succrescit, ut textus graecus duplici adornatus latina interpretatione conspiciatur. Tum sibi locum haec altera vindicat interpretatio, cum graecus textus hieronymianae versioni haud perfecte respondeat; et quando hoc contingit, haec altera versio graecum textum fidelissime repraesentat. Ne vero legentibus haec duplicis versionis coniunctio fastidium confusionemque pareret, cavit diligentissimus scriptor, ut altera ab altera primo oculorum aspectu facile secerneretur; hieronymianae enim versioni saepe apposuit In latino, Lat. aut L. nempe In latino vel Latine; et alteram versionem distinxit litteris Gr. vel G. vel Grae. vel In gr., videlicet Graece vel In graeco.

XLVIII. Cumque haec nobis sese obtulisset investiganda e graeco versio, varias de ea animo agitavimus sententias, ac quid de eadem sibi forent persuasuri eruditi viri, incerti quaerebamus. Facile tamen intelligebam nonnullos ad varia, quae amplexati sunt de sacrorum Bibliorum versionibus, systemata suum de his fragmentis iudicium traducturos; quandoquidem inter opinionum varietatem caveri non potest, haud omnes in eamdem convenire sententiam; praesertim cum res ipsa indicia satis manifesta non ostendat. Sunt enim, qui ante Hieronymi tempora vel unam tantum

(1) Opp. S. Hieronymi. Parisiis 1704.
(2) Biblia Sacra vulgatae editionis - Romae Typis S. Cong. de Propaganda Fide, anno 1861.

interpretationem, varias quidem recensiones expertam, in Ecclesiae usu fuisse volunt. Tuentur alii easdem quamplurimas extitisse; etenim Augustini testimonio freti, libertatem, quae cuique erat interpretandi sacras Litteras, magnopere extollunt, atque innumeras versiones inde profluxisse tenent, ita ut Hieronymum asserentem tot fuisse exemplaria pene quot codices, fere ad litteram intelligant, atque huiusmodi opinionem evincere studeant. Multi denique has sententias plus minusve patere sinunt. Qui vero de interpretationibus post Hieronymi tempora concinnatis disserunt, ex nostro codice fortasse exemplum et argumentum arripere non recusabunt. Quid itaque in tanta, quam concipiebamus animo, opinionum colluctantium varietate, veluti sententiam satis firmo innixam fundamento, proponere nobis reliquum erit? Novi equidem heic esse plenam dubitationis aleam; contra vero me muneri meo fecisse satis intelligebam si tantum, quae repereram, exponerem, ac caetera doctorum iudicio permitterem.

XLIX. Attamen rem attingere non recusavi, et quae cum has reliquias nanciscerer ac detegerem, menti occurrerunt, animadversiones ingenue propono. Cum non ignorarem quanto ardore rei biblicae studiosi homines ad veteris versionis, quam Italam appellant, perquirenda fragmenta ferantur; cumque nonnulli periti aliquid eiusdem versionis in nostris fragmentis reperiri posse suspicarentur, investigationem huiusmodi suscipere optimum factu arbitratus sum. Iccirco cum iis, quae veteris Italae feruntur fragmenta comparavi, et non modo sententiae, sed et verba ipsa eorumque dispositio in utraque versione vel eadem vel simillima apparuere; non ita tamen, ut nihil inde dubitationis nobis esset hanc, quam reperiebamus, non Italam sed aliam, nescio quam, esse versionem ex ipso graeco textu depromptam.

L. Siquidem in nostro latino textu multa deprehendi non modo ab indole latinae linguae, sed ab ipsius grammatices legibus prorsus aliena. Noveram tamen plerasque graecas omnino dictiones, nec non phrases, quae tantum graecum sapiunt sermonem, nihilque latini redolent, et etiam nonnullas grammaticales atque ethymologicas anomalias ab ea, quae veteris Italae est, dicendi ratione haud longe abhorrere (1). Quae tamen sive ex interpretis ingenio, sive ex eiusdem patria consuetudine, sive etiam a calligraphorum succedentium ignorantia vel oscitanta irrepere potuérunt. Horum caussa, quamquam aliquanto minus in eadem versione elegantiae sit, iure tamen merito sibi vindicat laudes, quibus eam cumulavit Augustinus, qui eam caeteris, si quae fuerint, praestare semel atque iterum testatus est; ita ut illam esse verborum tenaciorem cum perspicuitate sententiae inficiari ausus sit nemo. Atque ideo vere ac perbelle more suo Hieronymus asseruit eam fuisse, quae « *nascentis Ecclesiae fidem roboravit* » veluti cibus aspectu quidem vulgaris, sed vis vitaeque plenus, qui tamquam solido alimento ab oeconomia sapientissimae Providentiae apparato adolescentem etiam Ecclesiam aluit atque firmavit. Quod quidem, ut praeteream caetera, manifestant curae, quibus hanc versionem prosecuti sunt viri doctissimi, qui omnem movere lapidem eoque cupidius conati sunt, quo sibi vel minimum aliquid ex hac optatissima versione reperiendi spes esset. Unde quisque facile intelliget quod si quid in illius dictione peccatum est, quamvis mi-

(1) Cf. Tischendorf – Novum Testament. ex cod. Amiatino, Lipsiae 1850. §. XVII. « Codex Amiatinus non ultimo loco ponendus est inter instrumenta ad cognoscendam eius latini sermonis formam, quae ut iam apud Gregorium turonensem est, rusticitas nuncupari solet, atque apud scriptores antiquos ecclesiasticos celebratur. Cui proprium hoc est, quod multis modis a legibus desciscit, quas scriptores romani classici tum dicendo tum scribendo observarunt.

nime peccatum esse nonnulli erudite contendant (1); tamen ipsa tantum praesefert non emolumenti solum, sed et cuiusdam necessitatis ad criticen biblicam, et ad patrologicam interpretationem, nec non ad declaranda vetera Christianorum monumenta, ut vel minimum eiusdem fragmentum maximi habeatur necesse sit.

LI. Hinc itaque videretur haud omnem spem excidisse, ut haec fragmenta Isaiae ad veterem Italam essent revocanda. Quinimo ad huiusmodi spem sustentandam et illud accedit quod hucusque nondum vel certa omnino vel omnibus probata, ea quae appellant criteria, nacta vel confirmata sint, ad quorum regulam, quae revera Italae versionis sint partes, vel quae eiusdem primigenium, ut ita dicam, textum spectent indubie recognoscantur. Multa quidem indicia sunt, quae adnotare viri eruditi voluerunt, ex quibus plus minusve probabile de quibusdam Italae versionis locis iudicium ferri licet; attamen adhuc studiis biblicis et novis monumentorum adinventionibus ominandum est, ut certissimum tandem vel reperiatur vel confirmetur argumentum, ex quo veluti lydio lapide, de Italae versionis textu eiusque sinceritate omni dubio procul sententia dici possit. Hoc autem non modo augurari, sed etiam sperare nobis fas est. Siquidem in tanto biblicorum studiorum ardore, in tanta excellentium ingeniorum contentione, atque in uberrima, quae in dies crescit, monumentorum segete fieri nequit quin serius adhuc lux tam exoptata totque expetita votis ad invisas depellendas tenebras consurgat. Quando autem hoc evenerit, et innumeras alias videbimus illustrari quaestiones, et de hac versione nostra haud dubium erit omnibus iudicium.

(1) Cf. Giovannini – Studi Storici sulla versione volgata della Bibbia – Archivio dell' Ecclesiastico, Tom. IV. pag. 536.

LII. Interea nobis in his angustiis constitutis res factu optima visa est, si ad ea, quae hactenus disseruimus, confirmanda, specimen aliquod comparationis exhiberemus. Comparamus igitur locum aliquem, qui primus ante oculos nostros sese obtulit, ut inde melius lectori appareat, utrum iure an iniuria hac in re animo pendeamus. Cumque ex fragmentis Italae veteris, ea nobis prima occurrerent, quae edidit Mai (1), nos e regione ipsis adiecimus nonnulla ex codice nostro, ut lectorum commoditati prospicientes, hoc exemplum συνοπτικῶς proferremus:

ISAIAE Caput XXXIV.

EX FRAGMENTIS MAI	EX CODICE CRYPTOFERRATENSI
4. Et convolvetur caelum ut liber, et omnia sidera eius cadebunt ut folia de vite et ut folia de ficu.	Et involutum erit ut liber caelum. et omnes stellae cadebunt sicut folia vine... et sicut cadent folia a ficu.
8. Dies enim iudicii Domini et annus retributionis.	Dies enim iudicii Domini et annus retributionis.
15. Illic occurrent cervi et videbunt faciem suam invicem.	Illuc obviam venerunt cervi, et viderunt ...ciem alterutris.
16. In numero transierunt et una earum non periit: altera ad alteram non quaesibit, quoniam Dominus mandavit illis, et spiritus congregavit eas.	Numero transierunt et ... ex his non periit, una aliam non requisivit. quoniam Dominus his precepit. et spiritus eius congregavit eos.
17. Et ipse mittit in eas sortem, et manus eius divisit pasturam. In aeternum tempus hereditatem possidebitis, et in saecula saeculorum requiescetis in ea.	Et ipse supponevit eis sortes. et manus eius divisit pastum eis in sempiternum tempus 'ereditari... q.. generationem generationum. et requiem habebunt in eam.

Etsi ea quae nuper animadvertebam, haud omni veritatis specie destitutam ostendant suspicionem de convenientia inter nostri codicis fragmenta et Italae versionis textum, fatemur tamen multa nobis, ac quidem haud levia momenta

(1) Spicilegium Romanum tom. IX.

occurrere, quae iudicium nostrum ad negantem partem inclinant. Quae quidem heic paucis exponere, ut absoluta evadat investigatio, totamque mentem nostram aperiamus, opportunum esse arbitramur.

LIII. Paulo ante monebamus permulta in hac versione haberi verba atque dicendi rationes, quae ab indole latinae linguae sunt prorsus aliena; et quamquam nonnulla huiusmodi apud Veterem Italam versionem reperiantur; ea tamen, quae in nostro codice occurrunt, ad interpretationem latinam in vulgus propagatam et in usu ecclesiastico adhibitam pertinere haud certe videbantur. Cui enim persuasum facile erit apud latinos vulgo usurpari potuisse voces, quae omnino graecae sunt latinis tantum characteribus descriptae? Legitur enim *draci* (δρακι pugillo), *ano* (ανω supra), *eli* (ελη paludes), *ydragogo* (υδραγωγω aquaeductu) *frigana* (φρυγανα sermenta), aliaque permulta.

LIV. Qui vero magis magisque arguit graecam manum huic operi institisse, locus ille est, in quo latinis verbis graeca permixta apparent. Capite XIX Isaiae vers. 7, quod in codice est pag. 110, haec legimus hoc pacto disposita:

& inomī palude cala
mi & papyri. καὶ τὸ ἄχει
τὸ χλωρὸν.
omnē q̄d in circuitu

Hinc forte intelligere fas est, quod inter scribendum interpres verba illa cum recte latina facere nequivisset, graeca, ut in textu iacent, collocavit. Caeterum haec verborum collocatio docet ipsum scribentem aliquod reliquisse spatium ad latinam postea excipiendam versionem; sed cum ipse opus suum recognosceret, neque tunc in promptu verbum ullum latinum ad illud ἄχει recte interpretandum haberet, spatium, quod reliquerat, graecis verbis occupavit. Hoc manifestat scriptorem codicis fuisse etiam huius versionis

auctorem, ni forte velis asserere eorumdem verborum interpretationem in veteri codice, quo scriptor noster usus est, desideratam fuisse.

LV. Scriptorem istius versionis opus suum recognovisse patet etiam ex nonnullis emendationibus ac variationibus, quae interdum in codice apparent, quasque omnes in editione nostra adnotare studemus. Harum ut aliqua innuamus exempla, a folio codicis, quod nuper indicavimus, recedere haud opus est; etenim pag. 110 vides haec descripta: *reges fortes dominabit̃* (un) *eorum*. Atque in eiusdem folii parte adversa habemus - *seducent egyptum scdm̄ tribub, eorum;* (eius) et paulo inferius. *In die illa erit altare dn̄o in terra* (medio tre) *œgypti.*

LVI. Praeter huiuscemodi emendationes nonnullas legimus adnotationes, quas eadem manus latino textui inseruit; harum aliquot heic referre iuvat, ut eruditus lector de versionis auctore aequum faciat iudicium. Pagina 9 codicis ad verba Isaiae Cap. VI, v. 9. *Audite audientes etc.* ipse scriptor ait: « *In graeco indicativum est hoc non imperativum. dicit enim. - Auditu audieritis et non intelligitis etc.* » Rursus vero pag. 7 ad verba illa Prophetae capite VII, v. 11. « *Pete tibi signum a Domino Deo tuo. in profundum inferni sive in exelsum* (sic), haec habet idem calligraphus: « *In graeco non dicit - inferni - sed - in profundum sive in exelsum - ut ostendat deitatem et humanitatem* XPI. *hoc est enim signum magnum* » Denique ne plura consecter, ad Cap. VIII, v. 17, post verba « *Et expectabo Dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob. et praestolabor eum* » additum legimus pag. 85. codicis « *Huic minus habetur in latino post enim dum dic..t - Inretientur et capientur - post dicit in graeco - Propterea infirmi erunt etc.* » Ex quibus omnibus, atque

ex inspecta versionis huiusmodi natura haud immerito quisquam concludere potest eam finxisse libri latinum scriptorem, qui sedulo consideratis locis, in quibus graecus textus LXX a versione Hieronymi discrepabat, hanc suo marte instructam versionem attexuit.

LVII. Si cui vero placeat rem hanc maiori perfundi lumine, sedulo consideret utrum versio haec latina cum fragmentis, quae certissime sunt Italae Veteris et cum textu communi graeco potius consonet, an cum iis, quae propria sunt editionis Origenis. Quae accurato exquisita examine, si cum Origene potius convenire appareant, ideoque et cum textu origeniano graeco, quem in hoc codice haberi evicimus; planius certe iudicium erit ad hanc versionem scriptori huius libri tribuendam. Etenim Italam versionem non ex origeniana recensione, sed ex comuni LXX textu ductam esse eruditorum unanimis affirmat consensio; siquidem Italae aetas Origene antiquior assignatur. Cumque haec nos vel leviter attigerimus, visum est hoc argumentum ex iis etiam posse confirmari. At vero in his perquirendis longius nobis immorari non licuit, quibus ad finem properantibus nonnulla adhuc erant declaranda.

LVIII. Cum itaque ex his appareat scriptorem codicis etiam interpretis munus obiisse, haud certe tamen mens fuit interpretis novam procudere versionem, sed tantum latine reddere iuxta graecam litteram ea, quae in suo graeco textu cum hieronymiana interpretatione haud perfecte consonabant. Si quis vero de scriptore nostro maiora expostularit, nobis vel minime nosse ingenue fatendum, vel ad coniecturas recurrendum est. Ac sane quidem si hic esset coniecturis locus, haud infirmo confisi argumento dicere possemus scriptorem istum monachum fuisse aliquem ex monasteriis graecorum per Italiam constitutis, ac probabilius quidem e Monasterio Sanctae Agathae prope Tuscu-

lum (1), quod iam a saeculo IV. monachos Graecos incoluisse memoriae proditum est.

LIX. Et re quidem vera codicem istum, antequam aboraderetur, iam in usu monasterii Cryptaeferratae fuisse vidimus (2); ast vero ibidem animadvertebamus secundam scripturam, nempe Paracleticon S. Ioh. Damasceni in SS. Deiparam, quae in iisdem visitur foliis, ad saeculum circ. XI. pertinere. Quapropter ante illud tempus in hoc monasterio codicem istum servatum fuisse dicendum est. Cum vero monasterium S. Mariae Cryptaeferratae an. 1004 (3) a B. Nilo fuerit excitatum, certe et codex noster inter principes libros, qui huc sunt advecti, debet recenseri. Historia autem duce ab domesticis monumentis certiores facti sumus una cum monachis e monasterio S. Agathae et sacram suppellectilem caeteraque omnia eiusdem monasterii ad novum Cryptaeferratae asceterium commigrasse; ideo vel minime dubitandum videtur, quin cum reliquis libris praesertim liturgicis codex iste Bibliorum eodem commigraverit.

LX. Litterarum insuper monumenta testantur (4) saeculo IV. labente Iohannem quemdam Cappadocem monasterio S. Agathae praefuisse; atque inter hunc hegumenum et S. Gregorium Nazianzenum multam intercessisse consuetudinem; ita ut ab oriente Gregorius eidem hegumeno misisset memorias insignes S. P. Basilii M., qui tunc su-

(1) Cf. S. Bartholomaeum Abb. Cryptaeferratae in vita S. Nili - Vassalli memorias mss. - Sciommari, Note alla vita di S. Bart. - Mattei, Storia dell'antico Tuscolo - Bonanni, Memorie. art. Basiliani. - Chronicon Sublacense mss. - Piacentini, Palaeographiae graec. epitome etc.

(2) Prolegg. par. I. §. V.

(3) Cf. Tavole cronologiche critiche della storia della Chiesa universale ecc. per Ignazio Mozzoni ecc. continuate per cura di L. B. e G. G. sac. Barnabiti - secolo XI, Roma, Cromolitografia pontificia. 1866.

(4) Chronicon Sublacense - Sciommari, Note istoriche alla vita di s. Bartolomeo IV. Abbate di Grottaferrata - Cardoni, De Tusculano M. T. Ciceronis apologia etc.

premum diem obierat (1). Quidam opinati sunt ipsum Iohannem coloniam quamdam monasticam abs Basilii agminibus delectam prope Romanam urbem constituisse (2), atque ipsum esse Iohannem illum qui *S. Basilii discipulus, et obedientiae filius* τέκνον ὑπακοῆς (3) est appellatus, ad quem eiusdem S. Patris Basilii extant epistolae (4). Sed quoquomodo haec res se habeat, ea ad rem nostram facit consideratio, quod cum tanta intercederet inter hosce S. Agathae et orientales monachos consuetudo, fortasse contingere potuit, ut ex orientalibus regionibus ad S. Agathae coenobium post Gregorii aetatem codex noster fuerit advectus.

LXI. Sed ut ad scriptorem latinum redeamus, quem codex in eodem monasterio sortitus esse videtur, unum adhuc restat considerandum, quod his coniecturis valeat suffragari. Cum iste codicis scriptor varias adiungeret sacro textui adnotationes (5), ad vers. 21, cap. I. Isaiae haec scripsit « *Videte nunc populus Christianus. si in vetere lege Moyse* » *reprehendebat Deus civitatem iu qua homicide homines* » *abitant; quomodo ..... iu d...o... XPI dñi Moyse et pro-* » *phetarum uon repreheuditur civitas magua Roma, in* » *qua Sion caelestis magua Ecclesia fuudata est. Tot ho-* » *micidia et bella in ea facta et bellatores cottidie fabri-* » *cant gladios? Deus pacis est Deus .... pacem venit dare* » *mundo non bella. Si enim Deus pacis est Deus, certum est* » *quoniam lites et bella nou Dei sunt sed coutraria, et ut* » *quod Dei populus... ea quae Dei contraria sunt dilig... Pa-* » *cem laudamus et pacifici nolumus esse. et ideo p... domini-*

(1) Apud eumdem S. Gregorium oratione XX videre est quanto ardore christiani viri sibi comparare contendebant aliquod λείψανον vel reliquiam ex rebus, quae divum Basilium spectabant.

(2) Bonanni, Ord. Religios. tom. I. n. XCV. Lubin, de Abbat. Italiae.

(3) Morinus lib. VI. de poenit. - Fabricius Bibl. graec. tom. X. p. 165.

(4) In edit. Maurina Opp. S. Basilii Ep. XVIII.

(5) Cf. editionis nostrae pag. 203.

» *cam beatitudinem ... et Dei esse filii, ille enim dicit: Beati* » *pacifici quoniam filii Dei vocabuntur. Fides nos per baptisma fecit Dei filios. et confessiones baptismatis magna* » *sunt in Deum iuramenta. Post vero baptisma et tam magnas confessiones revertimur in opera quae non sunt filiorum Dei. sed contr.... Si enim pacifici filii Dei sunt... qui* » *pacifici non sunt cuius sunt filii?... illius enim faciunt* » *voluntatem.* » Quae quidem non modo graecum hominem latine loquentem produnt; sed et habita temporum ratione hinc elucet scriptorem haud longe ab Urbe, cuius calamitates commemorat, fuisse versatum (1). Ad quam vero aetatem, quae lamentatur, sint referenda difficile erit iudicium inter tot turbulentissimos per ea saecula tumultus belli; ideoque peritioribus rem integram definiendam permittimus. Nos vero haec innuisse contenti sumus, ut inde pateat sustentari posse coniecturam de monacho graeco monasterii S. Agathae scriptore, et forte etiam alterius versionis auctore. Quae si ita revera sint, codex iste nostratium omnium vetustissimus esset habendus.

LXII. Hisce autem expositis animadversionibus et coniecturis haudquaquam nostrum esse duximus sententiam ferre, sed doctorum virorum praestolari iudicium. Interea tamen et alteram adiungere hypothesim haud inutile arbitramur, in qua contrariae de altera versione latina opiniones conciliari quodammodo videntur. Ac sane quidem non immerito dici posset huius versionis scriptorem exemplar veteris Italae prae oculis habentem partim ex eo servatis, partim ad fidem graeci textus immutatis suam concinnavisse ver-

(1) Usus invaluit apud veteres inter scribendum in libris adnotare historicas memorias temporis sui. E nostratibus commemorare iuvat S. P. Nilum, qui in libro a se descripto an. 965 memoriam cladis Manuelis Patricii adiunxit. Alibi legimus memoriam ingressus Roberti Viscardi Ducis in Urbem; alias eversionem Tusculi etc. Cf. Piacentini – Epitome Palaeogr. graec. pagg. 84, 86.

sionem. Lectionem veteris Italae versionis et nostrae secundae comparantibus haec sententia fortasse nonnullis arridebit (1). Nos vero in his ulterius non immoramur.

LXIII. Postquam igitur superioribus quaestionibus explanandis operam navare contenderimus, quaeret a nobis quisquam, cur iste latinus scriptor caeteris omissis prophetis unum Isaiam interpretatione susceperit adornandum; et qua de caussa susceptum opus non absolverit; in postremis enim foliis graeci textus Isaiae latinas versiones non legimus. Ac sane mirum videretur quod ex toto illo prophetico volumine, quod iam ex his fragmentis constabat, Isaia tantum, qui tertium post decimum locum obtinet, ab scriptore selectus esset; nisi ad ipsam prophetiam atque ad illius ecclesiasticum usum animadverteretur. Isaia enim ita inter reliquos prophetas praestare visum est, ut ad eiusdem vaticinia admiratione perculsus Hieronymus illum non modo prophetam, sed historicum et Evangelistam praedicaret (2). Quique praesertim in latinis libris principem locum habet; unde haud plane mirum si latinus calligraphus, latino ad exscribendum usus libro, primum Isaiam versione donandum sit aggressus. Praeterea in graecorum liturgicis usibus adeo frequens est Isaias, ut quoties sacrae lectiones ex Veteri Testamento in ecclesiasticis officiis adhibentur, numquam aut fere numquam Isaia desideretur; quinimo liturgicis legibus sancitum est, ut in maiori Quadragesima lectio huius prophetiae fere integre per singulos feriales dies distributa habeatur. Quamobrem facile contingere poterat, ut vir ille fortasse ecclesiasticis mancipatus officiis, aut monastico ordini addictus latina interpretatione Isaiam principem adornaret; atque insuper alteram etiam adiungeret versionem, ut ipse et caeteri hoc utentes libro latinis forte moribus instituti, latinaque lingua callentes quid

(1) Vercellone, dissert. cit. p. 16.   (2) Praefat. ad Isaiam.

inter utrumque textum communem latinum et graecum intercederet, hinc facile recognoscerent. Cum autem ea tempestate sacrarum Litterarum studia vel unice vel maxime apud ecclesiasticos ac praesertim canonicos viros excolerentur, ea, quae scriptor noster in codice suo curavit, valde erant suis consentanea temporibus atque hominibus. Cur vero ipse suum vel in uno Isaia opus non absolverit ex iis duntaxat rerum adiunctis, in quibus scriptor versaretur, cognosci posset; intercepti enim operis caussa ex his tantum petenda est. At vero qui eam divinari conaretur, operam suam plane ludere arbitramur.

LXIV. Illud tamen, quod praeterire silentio ullo pacto nequimus, est frequens in textu latino numeralium distinctionum usus. Multi de sacrarum Litterarum distinctionibus vel sectionibus disseruerunt (1), sed cum neque tempus neque res expostulet, ut de his disputationem instituamus, monemus tantum sectiones quasdam in palimpsesto nostro numeris nonnumquam adnotari. Numeri huiusmodi ad versionem Hieronymi sunt adiecti, numquam vero ad eam, quae ex graeco ducta est; unde facile quisque intelligit ex eo *libro latino* seu vetustiori codice, quem scriptor adhibuit et commemoravit (2), fuisse descriptos. Plerumque autem vel adeo in extremo codicis margine numerales notae sunt appositae, ut praecisis foliis perierint, vel ab ipso fuerint praetermissae scriptore; nobis enim nonnullas reperire minime datum est. Interdum tamen idem calligraphus non modo in latina versione, sed etiam in graeco textu has notas latine aut graece, vel graece pariter ac latine consignavit. Quaeque omnia singulatim in editione patere curavimus adiectis vel omissis numeris, vel etiam locis graeci textus

(1) Zaccagni, Collect. Monum. vet. Ecclesiae graecae et latinae. Praefat. - B. Card. Thommasi, Opp. t. I. Stichometria. Vezzosi, praefat. ad Thommasi - De Valroger, Introduction historique ecc.

(2) Cf. Prolegom. §. XLVI.

inter adnotationes, quas adiecimus, recensitis. Ut vero et ex hoc capite appareat quanta sit consonantia huius hieronymiani textus cum aliis vetustate et auctoritate praestantibus, commemorare iuvat praedictas numerales notas cum iis distinctionibus, quas B. Card. Thommasi ex vetustissimis excerpsit codicibus, convenire (1).

LXV. Sed tandem manus de tabula. Cum nostrae tantum partes essent ea, quae reperimus, descripta exhibere, ut quo pacto iaceant in palimpsesto, omnibus pateat; tamen nonnullas ad haec fragmenta animadversiones exposuisse lectores nobis vitio non vertant; imo potius ab iisdem doctis viris atque eruditis plenius expostulamus iudicium. Verumtamen ex his quae diximus, cuique facile apertum est quanti sint habenda non modo fragmenta graeca et versio hieronymiana Isaiae, sed etiam altera ex graeco interpretatio, quam, sive ex veteri Itala exscripta aut concinnata, sive ab ipso fuerit calligrapho confecta, biblicae rei studiosis viris acceptissimam futuram iudicamus, et inter pretiosa vetustatis cimelia, quae doctus ille Sabatier in suo locupletissimo thesauro comparavit, merito recensendam. Unum tantum nunc denique restat; ut quam in iis edendis fragmentis rationem secuti fuimus, paucis exponamus.

(1) Quidquid de his stichometricis signis esset animadvertendum adnotatiunculae ad calcem cuiusque pagellae latini textus appositae et quae adiunximus Adnotationes ad graecum textum, monent.

PARS IV.

DE EDITIONE NOSTRA

LXVI. Cum haec vetustate insignia atque optimae notae fragmenta detexissem, fieri non potuit quin de vulgandi ratione cogitarem; consilio cum doctis eruditisque viris (1) comunicato, hi non modo opus quammaxime probavere, eiusque pretium recognoverunt, sed etiam hortatores impulsoresque fuere, ac quidam operam suam humanissime sunt polliciti. Quos inter praecipue excelluit cl. vir Carolus Vercellone Congregationis Clericorum Regularium S. Paulli, ita ut si cui gratias hac de re agere vel habere eruditi debeant, eidem vel maximas et agant et habeant necesse est. Is enim primus de his fragmentis iudicium tulit, ad manus editioni admovendas est cohortatus, neque consilium neque operam suam ullam recusavit (2). Eius autem quantum valeat peritia, in re biblica praesertim, non modo merita fama, sed et operosissima volumina testantur.

LXVII. Neque externa tantum nos movebat auctoritas; inter monasticos sodales ac moderatores fuere, qui opus nostrum non modo comprobarunt, sed commemoratis praesertim (3) patrum institutis, ac decessorum nostrorum stu-

(1) Fas sit hos inter meminisse cl. v. Anselmum Nikes Ord. s. Benedicti monachum nobis coniunctissimum, quem anno superiore suis, scientiisque mors acerba praeripuit.

(2) Confer eiusdem Dissertationem de nostro codice, de qua pluries diximus.

(3) Nihil nobis hac in lucubratione magis gratum erat, nihilque maiores animos addere poterat, quam exemplum S. P. N. Basilii Magni. Historia enim duce novimus eumdem Basilium manu sua ad emendationem sacrorum Codicum institisse ; tantoque huiusmodi emendationes in pretio habitas esse, ut

diis (1) ut in publicam lucem ederetur nobis fuerunt auctores. Itaque freti consilio virorum, quorum apud nos maxime semper valuit auctoritas, praeeunte monastica obedientia ad opus, cui certe vires impares erant, aggrediendum adducti sumus.

in libris, qui ab eius exemplari venirent, eiusdem emendationis notitia in mnemosyno adderetur. Apud Georgium Syncellum in Chronogr.- *Scriptores Bizant.* ed. Venet. tom. V. p. 162. de quodam magni pretii Bibliorum codice legimus . . . ἐν ἑνὶ δὲ ἀντιγράφῳ λίαν ἠκριβωμένῳ κατὰ στιγμὴν καὶ προσῳδίαν ἐκ τῆς ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας ἐλθόντι εἰς ἐμὲ, βιβλιοθήκης, ἐν ᾧ καὶ ἐπεγέγραπτο ὡς ὁ μέγας καὶ θεῖος Βασίλειος τὰ, ἐξ ὧν ἐκεῖνο ἀπεγράφη, ἀντιβαλὼν διορθώσατο βιβλία... *In uno autem exemplari, tum ad interpungendi, tum ad accentuum rationem quod spectat, multa diligentia elaborato, quod ad me pervenit ex bibliotheca Caesarœae Cappadociae, in quo etiam erat memoria exarata, quod Magnus et divinus Basilius, cum comparasset biblia, ex quibus illud descriptum fuerat, emendavit...*

(1) Pleni sunt omnium veterum ecclesiasticorum scriptorum libri, plena exemplorum vetustas quantum Ecclesiae Patres, monastici ordinis germina, in sacris Litteris operis contulerint. Nobis vel tantum quaedam domestica, ut ita dicam, exempla commorare iuvat. Sancti huius Cryptoferratensis Asceterii fundatores Nilum et Bartholomaeum in sacris Scripturis una cum sociis sedulo evigilasse historia testatur. Hisce vero temporibus in biblicis studiis praesertim incubuere Philippus Vitali et Benedictus Monaldini, ut apud Blanchinium *(Evang. Quadrupl. tom. I. pagg. 506, 559, 571, et tom. II. p, 589)*, cognoscere est. Quinimo Monaldini celebrem quaestionem « DE CAEPHA » scite atque erudite in scriptis suis adhuc ineditis est prosecutus. Hos inter sodales et locum sibi vindicant Michael Basilius Clari dein Metropolita Barensis, et abbas Epiphanius Mazio; ille enim praecipue in explanandis Scripturis ad utilitatem gregis et pastorum Christianitatis operam dedit *(Op. Bari 1835-57. Lo spirito dell'Episcopato Cristiano - Napoli 1847. etc. V. Garruba - Serie critica de' sacri pastori Baresi n. LXXXVII)*. Ut vero biblica studia apud suos foveret, praeter alia Bibliothecae nostrae addixit magnificentissimam editionem textuum originalium ss. Bibliorum hebraico-graecam cum interpretatione interlineari. In huius insignis voluminis tegmine aureis litteris consignatum est – *Ex Dono Rm̃i Dñi Michaëlis Basilii Clari Archiepiscopi Baren. olim e Basilianorum Cryptoferres familia* – Epiphanius Mazio inter varia scripta reliquit Apologeticon de Evangelio S. Iohannis adversus Karolum Theophilum Bretscheneider. Istis itaque veluti ducibus in eodem studiorum curriculo versari certe nobis laetandum est.

LXVIII. Maximos vero hac in re stimulos addebat opus idem, quod in bonum Ecclesiae cedere, ad heterodoxas calumnias infringendas valere, ac doctorum studiis profuturum facile nobis persuadebamus; praesertim cum hac tempestate tum in Italia, tum apud exteras gentes a pluribus haec studia excolantur, et ab omnibus doctis viris favore atque aestimatione, ut par est, prosequantur. Illud vero quod caeteris omnibus cumulum adiunxit, Pontificis summi verba fuere, qui semel atque iterum huiuscemodi studia iudicio suo gravissimo et maximo comprobavit, eosque qui ad illa incumbunt honorificentissimo Litterarum testimonio honestavit, et ut in opere suo utilissimo persisterent, verbis benevolentia et zelo plenis est cohortatus (1).

(1) Cuius rei ut aliquod exemplum praesto sit, viris doctis haud certe ignotum, praeter ea quae de postremis Romanis Pontificibus Leone XII, Pio VIII, Gregorio XVI, Pio IX dicit Mai in fronte Novi et Veteris Testamenti ex vetustissimis codicibus Vaticanis editi an. 1857, legas velim quae ad cl. v. Carolum Vercellone, datis die xv. Novembris 1860 litteris, Pius PP. IX scripsit de eiusdem laborioso ac praestantissimo opere – *Variae Lectiones Vulgatae Latinae Editionis* – eidem Pontifici nuncupato. Ait enim: « *Nil certe nobis gratius quam* » *optimas quasque disciplinas praesertim sacras omni studio iuvare, fovere,* » *et singulari eos prosequi benevolentia, qui utilem in illis excolendis operam ponunt et collocant.* » Ac post humanissimas gratulationes zelo refertas dicit: « *Cum autem haud ignoremus qua eximia religione, pietate et* » *eruditione praestes, tibi addimus animos ut inceptum opus naviter scienterque absolvendum et perficiendum* » *cures, omnesque ingenii tui vires in* » *iis peragendis semper impendas, quae* » *asperrimis hisce praesertim temporibus magno christianae et civili reipublicae usui et ornamento esse possint.* » Nec minori humanitate ac zelo idem Pontifex acatholicum virum biblicis investigationibus magna cum fama et felicissimo exitu operam navantem alloquitur in epistola ad Constantinum Tischendorf data die xxxi Maii 1862 « *Neque ambigimus quin investigationes* » *et lucubrationes tuae viris doctis inter catholicos magno futurae sint emolumento, cum sacrarum scientiarum* » *suppellex novis thesauris ditescat.* » Universi autem orbis docti viri optime norunt quid eidem Pio IX. P. M. hac etiam in re debeant: is enim non modo Maianam editionem Bibliorum Graecorum suo nomine insignem tandem ali-

LXIX. Sed ut ad nostra redeamus, reliquum est ut quae in hac adornanda prophetici codicis editione praestitimus, paucis declaremus. Illud quidem erat in votis ut uncialis palimpsesti scriptura uncialibus typorum formis exprimeretur; et, si fieri posset, tales haberentur, quae ad omnimodam codicis similitudinem accederent. Sed neque omnia ex sententia contingunt, neque opera plerumque absolutissime explere desideria valent. Itaque cum neque huiusmodi typorum copia adesset, neque spes quantocyus habendi affulgeret; et litteram tantum optimae quidem notae, sed minorem haberemus, necessitati parendum fuit. Nihilo tamen secius omnem movere lapidem haud omisimus, ut hae etiam formae ea omnia, quae propria sunt codicis, ad unguem repraesentarent. Ideoque non modo paginarum ac linearum servata est adamussim ratio; sed et compendia verborum et orthographiae signa meliori, quo possemus, pacto in editione nostra referre et adnotare statuimus. Una tantum res est quam, ut etiam apud alios (1) factum vidimus, non perinde ac in codice est, exprimendam iudicavimus. Verba, ut iam ab initio monebamus, nulla ratione inter sese in veteri libro distincta sunt; nos vero cum easdem litterarum formas repraesentare nequivissemus, haud certe necessum duximus difficultatem ex hac scribendi ratione partam legentibus inducere; ideoque singula verba separavimus (2).

quando in lucem prodire voluit; sed et modo novam recudi iussit editionem ad perfectam eiusdem vetustissimi codicis similitudinem, quae ut sperare licet, omnium vota cumulabit.

(1) Cf. Tischendorf, Novum Testamentum Sinaiticum. Lipsiae 1863 - Ceriani, Monumenta Sacra et Profana, tom. III. etc.

(2) En consilium quod hac in re sibi probatum tradit I. Theod. Beelen – Grammatica Graecitatis Novi Testamenti – Lovanii 1857. sect. II. §. 5. p. 31. « *Optimum sit, quidquid codices antiqui* » *hic praeceperint, ubi de mente scri-* » *ptoris certo constet, in edendo textu* » *coniunctim exprimere voces quae aliam* » *notionem habeant si scribantur sepa-* » *ratae, et omnino adhibere distinctam* » *scriptionem ubicumque hoc faciat ad*

In iis vero locis, in quibus nonnihil dubitationis distinctio afferret, in adnotationibus aliquid monendum curavimus, in caeteris vero, nisi obstet interpungendi usus, de quo in priori Prolegomenorum parte diximus (1), iudicium lectori integrum esto.

LXX. In eadem priori parte, cum codicem describendum curarem, nonnulla de figura litterarum aliisque ad scriptionem vetustissimam pertinentibus animadverti, quae iterum referre supervacaneum esset. Ex iis enim, quae dicta sunt, et ex photographico exemplari editioni nostrae adiuncto facile quisque de scripturae veterrima forma iudicium faciet. Unaquaeque editionis nostrae pagella in fronte praesefert nomen Prophetae atque hinc inde numerum paginarum praesentis codicis et caput atque versiculos extremos, qui paginam obtinent, Vulgatae Latinae editionis hac in re, uti lectorum commodo consuleretur, ordine servato. Numeralem vero notam, quae paginarum editionis nostrae progressum computat ad inferiorem paginae partem collocavimus. Qua signorum dispositione factum est, ut omnia quae in parte graeca sub linea superiori sunt, si tantum arabicos numeros qui adnotationibus respondent, et numerum paginarum excipias, ab codice fideliter expressa esse cuique pateat.

LXXI. Si linea, aut si quid loci foret, quod vel legi nequiret, vel dubie appareret, punctis, ut vocant, adhibitis huiuscemodi deficientiam innuimus. Eamdem rationem servavimus in titulis vel inscriptionibus, quae purpureis olim descriptae sunt litteris, quarum nonnumquam aliquot elementorum vestigia, saepius nulla prorsus excitari potuerunt. Harum aliquot ex editione Sixtina depromentes inter

» *iuvandam orationis perspicuitatem; sicubi vero non apertissime constet de mente scriptoris, ea sequenda sit scribendi ratio quam antiqui codices demonstrent.* »

(1) Cf. Prolegg. §. XXI. pag. XI

adnotationes innuimus. Quando vero aliquid animadversione dignum occurreret, quod oratione declarari opus esset, revocato in adnotationibus signo numerali ex quo facile reperiri posset eiusdem textus pagina, columna et lineola, lectorem de singulis monuimus. Praeterea ne nimium libri nostri sectiones succrescerent, scholia illa graeca et notulas, quas vel in margine codicis vel interlineares aliquando observavimus (1), apposita interpretatione latina inter easdem adnotationes dedimus.

LXXII. Ordo denique, in quo prophetarum libri et in veteri codice et in editione nostra dispositi sunt, paucis declaretur oportet. Duplex tum in codicibus tum in impressis editionibus est ratio disponendi prophetarum libros. In nonnullis siquidem quatuor, qui appellantur maiores prophetae Isaia, Ieremia, Ezechiel, Daniel duodecim reliquos minores praecedunt; sed in quamplurimis vetustis codicibus et editionibus, praesertim Sixtina post minores maioribus locum datum videmus. Ex his, quae in superioribus (2) diximus, iam plane lectori exploratum est quemnam ordinem in collocandis prophetiis vetustissimus liber noster servaverit; videlicet primo loco habuit minores, quos deinde maiores sequebantur. Quandoquidem illa Isaiae inscriptio ΗΣΑΙΑΣ ΙΓ. *ISAIAS DECIMUS TERTIUS*, omni procul dubio declarat Isaiam, qui principem inter maiores locum obtinet, post duodecim minores prophetas fuisse collocatum. Idipsum etiam apertissimum est ex quaternionum notis numeralibus. Iam antea vidimus (3) unam, quae restat in minorum prophetarum foliis, istiusmodi notam, nempe Θ'. videlicet IX. ad Zachariam pertinere; nota vero Ι'. (X) una cum margine folii (192-193) in Malachia (4) periit. Caete-

(1) Cf. Proleg. par. I. §. XXIII, p. II. XXXV, par. III, §. XLIV.

(2) Cf. Prolegom. par. I. §. XIII, par. II. §. XXVII.

(3) Cf. Proleg. par. I. §. XIV.

(4) In percelebri codice Marchaliano,

rum ad paginam septimam huius decimi quaternionis initium habemus Isaiaè et caeterae omnes numerales notae quae superfuerunt usque ad ΝΓ. quinquagesimam septimam (Cap. IX. Danielis), quae postrema visitur, ad prophetas attinent maiores. Baruch post Ieremiam locum habet; huius autem Lamentationes et Epistolam pone sequuntur. Danielis prophetiam comitantur historiae Susannae, Draconis et Bel una cum cantico trium puerorum. Iam in priore parte (1) commemoravimus Danielis prophetiam per Visiones distribui; restant adhuc in palimpsesto huius divisionis indicia (pagg. 155, 158, 163, 166); cuiusque autem Visionis verba quaedam in principio non atramento sed purpurea scriptura exarata fuerunt. Qua in re, tum scilicet in divisione Visionum, tum etiam in verbis prioribus minio insignibus codicem nostrum cum vetustissimo codice Alexandrino-Londinensi cognovimus convenire (2).

LXXIII. Ex his itaque quae hucusque declaravimus facile novit lector, qui fuerit ordo prophetiarum in nostro codice; nos vero sedulo attendentes eumdem ordinem uno in loco convertere iudicavimus. Siquidem cum vel minima sint minorum prophetarum fragmenta, ea post maiora venire consentaneum visum est. Quin etiam Isaias in editione nostra praecipuum sibi locum vindicat cum ex copia sua, tum etiam ex duplici versione latina, qua ornatur; atque

de quo plura in secunda Prolegomenorum parte diximus, ad calcem Malachiae hanc inscriptionem notavimus:

ΜΑΛΑΧΙΑΣ ΙΒ̅.
ΠΡΟΦΗΤΑΙ ΙΒ̅.

quae aperte monstrat heic concludi seriem duodecim prophetarum; ii vero qui post collocati sunt maiores prophetae nulla progressionis nota distincti apparent.

(1) Cf. Proleg. p. I. §§. XIII, et XVI.

(2) *Vetus Testamentum graecum e codice ms. alexandrino, qui Londini in Bibliotheca musei Britannici asservatur typis ad similitudinem ipsius codicis scripturae fideliter descriptum cura et labore Henrici Hervei Baber etc. Londini 1816.* De hac editione confer Tischendorf. Prolegg. ad V. T. iux. LXX Interpr. 1860 §. XXVII. et seqq.

unus est qui initio suo gaudet. Qua vero in re si cui haud arrideat consilium nostrum, fateatur tamen oportet nihil inde studiosorum virorum animadversiones offendi posse, cum et veterum quaternionum numerales notae religiose sint expressae, et quae modo dicimus ordinem codicis abunde declarent.

LXXIV. Veniamus modo ad ea quae in latinis Isaiae versionibus palimpsestis edendis praestitimus. Quamquam hac in parte linearum rationem, quae est in codice, retinere non sit datum in editione nostra: cum lineae in marginum spatiis descriptae modo nimium excederent folia nostra, modo angustiis maximis absolverentur; nihil tamen intentatum reliquimus, ut omnia ad unguem exprimerentur. Iccirco singulas paginas in editione nostra accurate distinximus recensitis numeris paginarum praesentis codicis, et capitibus et versiculis extremis uniuscuiusque paginae notatis. Ut vero magis magisque legentium commodo prospiceretur, curavimus ut altera ab altera versione latina non modo per initiales litteras L, G vel Lat. Grae. ut in codice factum est; sed et per varietatem characterum distingueretur. Ideoque hieronymianam versionem communi rotunda typorum forma, alteram charactere inclinato, quem vocant italicum, edidimus. Numerales notas et quidquid aliud in codice vidimus, suis locis adiungere non omisimus. Cum vero plerumque orthographia minus accurata appareat; ne quid lectori desiderandum relinqueretur verba, ut iacent in codice mendose descripta retinuimus, et si quid explanare opus fuerit, ad calcem cuiusque pagellae significavimus.

LXXV. Hoc pacto igitur editionem conficiendam nobis statuimus, nihilque religiosius habuimus quam ut codex fidelissime repraesentaretur. Cui rei etsi nonnulla obstare iam antea animo conciperemus, manu operi admota et

maiora sumus experti. Nihilominus cum difficultates augerentur et simul diligentiam augere contendimus. Obstabat siquidem ipsa palimpsesti natura, obstabat quamplurium membranarum corrosio, et pluribus in locis characterum veterum paene omnimoda abrasio; qui nonnumquam adeo evanuerunt, ut omnem fugerent perscrutationem; in iis vero paginis, quae tertio fuere descriptae, ut excitarentur characteres unciales duplici abrasione deleti, ac duplici sub scriptione sepulti, neque oculorum labori, neque patienti contentioni parcendum fuit. Quare nil mirum si nonnullis in locis quaedam desideranda reliquimus, ac quasdam codicis paginas vel frustra tentavimus, vel ne tentanda quidem duximus; spes enim nostras ibi incassum cadere erat nobis persuasum. Ad haec et alterum accessit incommodum; nimirum emendatio typographica a nobis in Tusculanensi Monasterio longe a typographia constitutis perficienda; ideoque vel raro patebat ad typothetas accessus; neque oculis nostris operis typographici absolutionem considerare poteramus. Qua tamen in re certe anxietati nostrae haud parum levaminis afferebat merita fama Typographaei Romani S. Consilii de Christiano Nomine Propagando, quod modo auspice Pio IX. Pont. Max. per Equitem Petrum Marietti pristinum inter caeteras orbis librarias officinas honorem conservatum sibi ac restitutum videt (1). Haec autem nostra editio multa debet diligentiae ac peritiae Camilli Griffon eiusdem typographaei prototypothetae; qui multum operis sui in eamdem impendit. Cum is ex adversariis nostris textum typis mandasset, per tabellarios publicos impressiones nobis transmittebantur; nos vero, omissis schedis nostris, ad fidem codicis rem omnem castigabamus, et eidem remittebamus typographo. Deinde iterum emendatae im-

(1) Cf. Galeotti - Della Tipografia Poliglotta di Propaganda, discorso estratto dal *Conservatore* periodico di Bologna, Serie I. vol. VII. Torino, 1866.

pressiones ad manus nostras afferebantur; nos vero denuo observato codice et singula perscrutati, si quid emendandum adhuc supererat, indicabamus. His curis saepe tertio repetitis, tandem typi praelo committebantur; semper tamen ultimis emendationibus recognitis ab cl. v. C. Vercellone, cuius summae indulgentiae fuit hoc fastidiosum opus assumere. Neque tamen huiusmodi curis contenti fuimus, sed si quid humani opus nostrum passum esset, per novam codicis cum editione comparationem investigare, atque in adnotationibus significare constituimus, ut viris eruditis huic editioni omnino esset acquiescendum.

LXXVI. Sed tandem vela nobis contrahenda sunt. Accipias, humanissime lector, novum monumentum biblicum sane praeclarum (1); et studiis ac lucubrationibus tuis magis

(1) Ex his quae in his Prolegomenis disseruimus quisque sibi facile persuaserit quanti habendum sit palimpsestum nostrum; verum rem maxime gratam lectoribus me facturum spero si aliqua referam ex his quae cl. Vercellone in Dissertatione de hoc codice saepe laudata habet. Cum sermonem instituisset de versione graeca LXX. Interpretum sic eruditissimus vir orationem suam prosequitur: « Alcuni codici di questa versione sono » forse i più antichi che si conoscano » al mondo. Questi sono il vaticano (*a*) » e l'alessandrino (*b*), ai quali s'ag» giunse testè il sinaïtico (*c*). Essi ap» partengono al quarto o quinto se» colo. Ma al sinaitico manca più della » metà del vecchio Testamento (*d*), e » quanto ai libri profetici, dei quali » ora dobbiamo discorrere, vi mancano » i libri di Ezechiele, Daniele, Osea, » Amos, Michea e parte dei treni di » Geremia. Oltre i suddetti tre codici, » altri pochissimi se ne conoscono dei » libri profetici in carattere unciale » greco; e questi pochi appartengono » ai secoli fra il sesto e il nono. L'Hol» mes e il Parsons che frugarono quasi » tutte le biblioteche d'Europa per col» lazionare i manoscritti greci della » versione dei Settanta, non iscopri» rono altro codice dei libri profetici » in carattere unciale fuorchè 1° il » *Marchaliano* (*e*) che ora si trova nella » vaticana (num. 2125) e che sembra » del settimo o dell'ottavo secolo (*f*); » 2° un codice *veneto* (presso l'Hol» mes (*g*) num. 23) che dicesi del se» colo nono, e contiene Isaia coi pro» feti minori; 3° finalmente pochi fo» gli d'un codice dell'*ambrosiana* (*h*), » e un altro di *Dublino* (*i*), che in tutto » ci danno tre o quattro capi d'Isaia » e pochi versi di Malachia. Più re» centemente il dotto Tischendorf sco-

magisque eius praestantiam atque utilitatem aperias velim. Ad biblicam suppellectilem locupletandam hoc cimelion accedit, quod nos ad christianae religionis monumenta illustranda, et ad criminationes heterodoxorum contra sacra volumina, quae eiusdem religionis tabulae sunt afflante Spiritu Sancto descriptae, retundendas adiecisse laetamur. Et sane, ni quid emolumenti doctis Ecclesiae viris ad genuinos sacrarum Litterarum textus expoliendos id esset allatu-

» prì due frammenti palimpsesti forse » del secolo settimo, dei quali il primo » contiene quattro o cinque capi d'Isaia, » e l'altro pochi versi d'Ezechiele; egli » li pubblicò amendue nel tomo 1. e 2. » dei suoi *Monumenti sacri palimpsesti* (*k*). Fin qui non si conosce altro codice dei libri profetici in carattere unciale greco. Adunque, non » computando i frammenti che ho ricordati, di questi libri si trovarono » sin ora soli tre esemplari, il vaticano, l'alessandrino e il marchaliano. » Ma oggi mercè lo studio accuratissimo e la somma diligenza adoperata » dal monaco basiliano Giuseppe Cozza, » noi potremo aggiungerne un quarto, » quantunque imperfetto, rimasto sino » al presente sepolto e celato nelle pergamene che formano il più bell'ornamento della biblioteca dei monaci di » Grottaferrata nell'agro tusculano.

» Dalle poche cose che ho premesso » voi già comprendete quanto sia grande la preziosità del codice che io mi » sono proposto di descrivervi, e come » esso sia da noverarsi fra le più singolari rarità d'una biblioteca. Ma ciò » che sono per dire dell'uso che se ne » può fare in profitto della sana critica » vi persuaderà che noi abbiamo acquistato per la scienza biblica un non » piccolo tesoro ecc. »

(a) *Stampato per cura del card. Mai e publicato da me in Roma nel 1857.* (b) *Publicato dal Baber in Londra 1816-1828.* (c) *Biblior. codex sinaiticus ed. Tischendorf, Petropoli 1862.* (d) *Manca più della metà dell' antico Testamento ancorchè si aggiunga al sinaitico pubblicato a Pietroburgo il codex* Friderico-Augustanus, ed. Tischendorf, *Lipsiae 1846, che è una parte dello stesso sinaitico.* (e) *Presso l'Holmes num. XII. Vedi Curterius,* Praef. ad Procop. in Isai., *Montfaucon.* Palaeogr. graeca *lib. 3. c. 5. pag. 224.* Hexapl. *Tom. I.* Praelim. *p. 14,* Collectio nova patrum et script. graec. *t. II. pag. 349, Hodius* de Biblior. text. original. *p. 598, 616, 620, 638, Blanchini* Vindiciae bibliorum *p. CCLVIII. e segg., Mai* Nova biblioth. Patrum *tom. IV. pag. 518.* (f) *Al secolo VII. lo ascrive il Montfaucon nella* Palaeograph. graeca *p. 40, ma alla pag. 225 all'VIII; così pure l'Holmes.* (g) *L'Holmes seppe troppo tardi che questo codice Veneto era in caratteri unciali, perciò non l'ebbe notato coi numeri romani.*

rum, nec tantum nobis eripi tempus passi, nec tam fastidiosum oculorum et diligentiae operosum laborem fuissemus aggressi. At faxit Deus, ut quod ad sacra verba, quae ipse per Prophetas locutus est, illustranda opus suscepimus tum nostram, tum aliorum animas et studia iuvet, ac suae maiori tantum cedat laudi. Hac enim ratione opellam nostram, qualiscumque demum ea sit, fructum amplissimum consecuturam esse arbitrabimur.

Vedi la Pref. di Holmes al libro di Daniele e Giobbe. Altri codici in caratteri unciali non furon distinti dall' Holmes coi numeri romani, come i codici 27, 43, 188, 190, 294, ma questi contengono solo il Salterio o parte di esso. (h) *Il cod. ambrosiano presso l'Holmes n. VII contiene Isai. V, 20–VI, 10 e Malach. I, 10–II, 15. Ma di questo frammento è da leggere ciò che ne scrisse il ch. Ceriani.* Monum. sacr. et prof. *tom. III. pag. IX.* (i) *Il codice dublinense presso l'Holmes num. VIII contiene Isai. XXX, 2–XXXI, 7–XXXVI, 18–XXXVIII, 1.* (k) Monumenta sacra inedita, fragmenta palimpsesta *Lipsiae 1855. t. I. pag. 185. Isai. III, 8-14. V, 2-14. XXIX, 11–23. XLIV, 26–XLV, 5. Lipsiae 1857. tom. II. p. 313. Ezech. IV, 16–V, 1. Non tengo conto del frammento pubblicato dal medesimo Tischendorf nel tom. I pag. 211. perchè appartiene al codice sinaitico sopra citato.*



PROPHETARUM

ISAIAE, IEREMIAE, BARUCH, EZECHIELIS, DANIELIS,

OSEAE, AMOS, SOPHONIAE, AGGAEI, ZACHARIAE, MALACHIAE

FRAGMENTA

EX GRAECO PALIMPSESTO

ERUTA

✠ ΗΣΑΙΑΣ ΙΓ. ✠

ΟΡ 1
ΗΣΑΙΑΣ ΥΙΟΣ ΑΜΩ . .
Η . . . ΔΕΝ ΚΑΤΑ
ΤΗΣ . . ΟΥΔΑΙΑΣ ΚΑΙ
ΚΑΤΑ ΙΛΗΜ ΕΝ ΒΑ
. . . ΛΕΙΑ ΟΖΙΟΥ ΚΑΙ
ΙΩΑΘ . . Μ ΚΑΙ ΑΧΑΖ
ΚΑΙ ΕΖΕ . . ΙΟΥ ΟΙ
ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ ΤΗ . .
ΙΟΥΔΑΙΑ . .
Ακουε ουνε και ε
νωτιζου γη οτι
κς ελελασεν υιους 2
εγεννησα και υψω
σα αυτοι δε με ηθε
τησαν. εγνω βους
τον κτησαμενο‾
και ονος την φα
τνην του κυριου
αυτου ισλ δε με ου
κ εγνω και ο λαος
με ου συνηκεν.
Ουαι εθνος απολωλο‾
λαος πληρης αμαρ
τιων· σπερμα πο
νηρον· υιοι ανομοι·
εγκαταλελειπατε το‾
κν και παρωργη
σατε τον αγιον του
ισλ τι ετι πληγη
τε προστιθεντες
ανομιαν· πασα κε
φαλη εις πονον κ‿
πασα καρδια εις λυ
πην απο ποδων
εως κεφαλης ου 6
τε τραυμα ουτε μω
λωψ ουτε πληγη
φλεγμενουσα ου
κ εστιν μαλαγμα
επιθειναι ουτε ε
λαιον ουτε κατα
δεσμους.
Η γη υμων ερημος
αι πολεις υμων
πυρικαυστοι· τη‾
χωραν υμων ενω
πιον υμων αλλο
τριοι κατεσθιουσι‾
αυτην· και ερημω

α τ‿

✠ ΗΣΑΙΑΣ ✠

κατεσ̓ραμμενη
υπο αλλωτριω¯.
Εγκαταλιφθησετ͜
ἡ θυγατηρ σιων
ὡς σκηνη εν αμ
. . ελωνι και ὡς ο
πωροφυλακιο¯
εν σικυηρατω
ὡς πολις πολιορ
κουμενη.
Και ει μη κ̅ς σαβαωθ
εγκατελειπεν η
μιν σπερμα ως σο
δομα ἀν εγενη
θημεν και ως γο
μορρα ἀν ομοιω
θημεν.
Ακουσατε λογον κ̅υ
αρχοντες σοδομω¯
προσεχετε νομο¯
θ̅υ λαος γομορρας.
Τι μοι πληθος τω¯
θυσιων υμων λε
γει κ̅ς· πληρης ει
μι ολοκαυτοματω¯
κριων· και στεαρ
αρνων και αιμα
ταυρων και τρα
γων ου βουλομαι
ουδ αν ερχησθε
οφθηναι μοι τις
γαρ εξεζητησεν
ταυτα εκ των χει
ρων υμων· πατει¯
την αυλην μου
ου προσθησεσθε
εαν φερηται . . μι
δαλιν ματαιον·
θυμιαμα βδελυ
γμα μοι εστιν·
τας νουμηνιας
υμων και τα σαβ
βατα και ημεραν
μεγαλην ουκ . . νε
χομαι· νηστειαν
και αργειαν και τας
νουμηνιας υμω¯
και τας εορτας υμω¯
μισει η ψυχη μου
εγενηθητε μοι εις

✠ ΠΡΟΦΗΤΗΣ ✠

πλησμονην· ουκ
ετι ανησω τας αμαρ
τιας υμων· οταν τας
χειρας εκτεινητε
προς με αποστρεψω
τους οφθαλμους μ̄
αφ υμων· και εαν
πληθυνητε την
δεησιν ουκ εισακου
σομαι υμων αι γαρ
χειρες υμων αιμα
τος πληρης.
Λουσασθε καθαροι γι
νεσθε· αφελετε τας
πονηριας απο τω̄
ψυχων υμων απε
ναντι των οφθαλ
μων μου· παυσα
σθε απο πονη
ριων υμων· μαθε
τε καλον ποιειν
εκζητησατε κρι
σιν ρυσασθε αδικου
μενον· κρινατε
ορφανω και δικ͂
ωσατε χηραν.
Και δευτε και διελεγ
χθωμεν λεγει κ̄ς̄
και εαν ωσιν αἱ α
μαρτιαι υμων ὡς
φοινικουν ὡς χίο
να λευκανω· εαν
δε ωσιν ὡς κοκκι
νον ως εριον λευ
κανω.
Και εαν θελητε κ͂
εισακουσητε μου
τα αγαθα της γης
φαγεσθε· εαν δε
μη θελητε μηδε
εισακουσητε μου
μαχαιρα υμας κα
τεδεται το γαρ στο
μα κ̄ῡ ελαλησεν
ταυτα.
Πως εγενετο πορνη
πολις πιστη σιω̄
πληρης κρισεως
εν η δικαιοσυνη
εκοιμηθη εν αυτη

νυν δε φονευτ.
το αργυριον υμω—
αδοκιμον· οι καπη
λοι σου μισγουσιν
τον οινον υδατι·
οι αρχοντες σου α
πειθουσιν· κοιν
νοι κλεπτων·
αγαπωντες δωρα·
διωκοντες αντα
ποδομα· ορφανοις
ου κρινοντες κ.
κρισιν χηρας ου
προσεχοντες.
Δια τουτο ταδε λεγει
ο δεσποτης κς σα
βαωθ' ουαι οι ισχυ
οντες ισλ· ου παυ
σεται γαρ μου ὁ θυ
μος εν τοις υπενα—
τιοις και κρισιν
εκ των εχθρων
μου ποιησω.
Και επαξω την χει
ρα μου επι σε· και πυ
ρωσω σε εις καθαρο—
τους δε απειθου—
τας απολε . . . κ.
αφελω παντας α
νομους απο σου
και παντας υπε
ρηφανους ταπεινω
σω· και επιστη
σω τους κριτας σου
ως το προτερον·
και τους συμβου
λους σου ως το απαρ
χης· και μετα ταυ
τα κληθηση πο
λις δικαιοσυνης
μητροπολις πισ
τη σιων· μετα γαρ
κριματος σωθη
σεται η αιχμαλω
σια αυτης και με
τα ελεημοσυνης.
Και συντριβησον
ται οι ανομοι κ.
οι αμαρτωλοι αμα
και οι εγκαταλειπο—
ΤΕΣ 4

τον κ̅ν̅ συντελε
σθησονται· διοτι
αισχυνθησοντ͂
επι τοις ειδωλοις
αυτων α αυτοι η
βουλοντο· και η
σχυνθησαν επι
τοις κηποις α επε
θυμησαν· εσον
ται γαρ ὡς τερεβι¯
θος αποβεβληκυ
ϊα τα φυλλα και
ως παραδεισος υ
δωρ μη εχων· κ͂
εσται ἡ ισχυς αυ
των ως καλαμη
στιππυου και αι
εργασιαι αυτων
ὡς σπινθηρες πυ
ρος· και κατακαυ
θησονται οι ανο
μοι και οἱ αμαρτω
λοι αμα και ουκ ε
σται ο σβεσων.

ΛΟΓΟ. . . . . . .
. . . . ́ . . ̔. . . .
. . . . ̔. . ͂. . .
. . ͂. . ̔. . . . .
. . . ̀. . ̀. . . ́. .

Οτι εσται εν ταις ε
σχαταις ημεραις
εμφανες το ορος
κ̅υ̅ και ο οικος του
θ̅υ̅ επ ακρων τω¯
ορεων· και υψω
θησεται υπερα
νω των βουνω¯·
και ηξουσιν επ αυ
τω παντα τα ε
θνη· και πορευ
σονται εθνη πολ
λα και ερουσιν·
δευτε αναβωμε¯
εις το ορος κ̅υ̅· και
εις τον οικον του
θ̅υ̅ ιακωβ· και α
ναγγελει ημιν
την οδον αυτου
και πορευσομεθα

εν αυτη· εκ γαρ σιω¯
εξελευσεται νομος
και λογος κυ εξ ιλημ
και κρινει αναμε
σον των εθνων
και ελεγξει λαον
πολυν· και συγκο
ψουσιν τας μαχαι
ρας αυτων εις αρο
τρα· και τας ζιβυ
νας αυτων εις δρε
πανα· και ου λημ
ψεται εθνος επ ε
θνος μαχαιραν
και ου μη μαθω
σιν ετι πολεμει¯.
Και νυν ο οικος ια
κωβ δευτε πορευ
θωμεν τω φωτι
κυ· ανηκεν γαρ το¯
λαον αυτου τον οι
κον του ισλ' οτι ε
νεπλησθη ως το
απαρχης η χωρα
αυτων κληδονι
σμω¯

ως η των αλλοφυ
λων· και τεκνα πολ
λα αλλοφυλα εγε
νηθη αυτοις· ενε
πλησθη γαρ η χωρα
αυτων αργυριου
και χρυσιου και ου
κ ην αριθμος τω¯
θησαυρων αυτω¯
και ενεπλησθη
η γη ιππων και
ουκ ην αριθμος
των αρματων αυ
των· και ενεπλη
σθη η γη βδελυγμα
των των εργω¯.
των χειρων αυτω¯
και προσεκυνη
σαν οἷς εποιησαν
οι δακτυλοι αυτω¯.
και εκυψεν ανος
και εταπεινωθη
ανηρ· και ου μη α
νησω αυτους.
Και νυν εισελθατε

εις τας πετρας και
κρυπτεσθε εις την γη-
απο προσωπου του
φοβου κυ και απο της
δοξης της ισχυος
αυτου οτ αναστη
θραυσαι την γη-.
Οι γαρ οφθαλμοι κυ
υψηλοι ο δε ανος
ταπεινος και ταπει
νωθησεται το υ
ψος των ανων κ.
υψωθησεται κς
μονος εν τη ημε
ρα εκεινη
Ημερα γαρ κυ σαβαωθ ·
επι παντα υβρι . . τ. . .
και υπερηφανον
και επι παντα υ
ψηλον και μετε
ωρον και ταπει
νωθησονται κ.
επι πασαν κεδρο-
του λιβανου τω-
υψηλων και με

τεωρ. . . . . . .
δενδρον . . . .
βασαν . . . .
ορος και επι . . . .
τα βουν . . . . .
και επι π . . . . . .
γον υψηλον . . . . . .
επι παν τειχος υ
ψηλον και επι παν
πλοιον θαλασσης
και επι πασαν θε
αν πλοιων καλλους
και ταπεινωθη
σεται πας ανος κ.
πεσειται υψος ανων.
και υψωθησεται
κς μονος εν τη η
μερα εκεινη κ.
τα χειροποιητα
παντα κατακρυ
ψουσιν εισε . . γκαν
τες εις τα . . . .
και . . . .
. . . .
εις τας τρωγλας

. . . . . ωπου του
. . . υ και απο τ . .
. . . . . της ισχυος
. . . . οταν αναστη
. . . . υσαι την γην.
. . . . μερα εκεινη
εκβαλει ανος τα βδε
λυγματα αυτου τα
αργυρα και τα χρυσα
α εποιησαν προσκυ
νειν τοις ματαιοις
και ταις νυκτερισι-
του εισελθειν εις
τας τρωγλας της στε
ρεας πετρας· και εις
τας σχισμας των πε
τρων απο προσω
που του φοβου κυ
και απο της δοξης
της ισχυος αυτου
οταν αναστη θραυ
σαι την γην.
Ιδου δη ο δεσποτης
κς σαβαωθ αφελει
απο της ιουδαιας
και απο ιλημ ισχυ
οντα και ισχυουσα-
ισχυν αρτου και ι
σχυν υδατος· γιγα-
τα και ισχυοντα
και ανον πολεμι
στην και δικαστη-
και προφητην
και στοχαστην
και πρεσβυτερο-
και πεντηκον
ταρχον και θαυ
μαστον συμβουλον
και σοφον αρχιτε
κτονα και συνετο-
ακροατην· και ε
πιστησω νεανι
σκους αρχοντας
αυτων και εμπε
κται κυριευσου
σιν αυτων.
Και συμπεσειται ο
λαος ανος προς ανον
και ανος προς το-
πλησιον αυτου·

προσκοψει το παι
διον προς τον πρε
σβυτην· ο ατιμος
προς τον εντιμο¯
οτι επιλημψετ‿
ανος του αδελφου
αυτου ἠ του οικι
ου του πρς αυτου
λεγων· ιματιον
εχεις αρχηγος ημω¯
γενου· και το βρω
μα το εμον υπο σε 10
εστω· και αποκρι
θεις ερει εν τη ημε
ρα εκεινη· ουκ εσο
μαι σου αρχηγος·
ου γαρ εστιν εν τω
οικω μου αρτος ου
δε ιματιον· ουκ ε
σομαι αρχηγος του
λαου τουτου.
Οτι ανειται ιλημ κ‿
η ιουδαια συμπε
πτωκεν· και αι
γλωσσαι αυτων
μετα ανο . . . . .
προς κν . . . . .
τες διοτι . . . . .
πεινωθη η δ . . . .
αυτων· και η α . . . .
νη του προσωπ . . .
αυτων αντεστη
αυτοις την δε α
μαρτιαν αυτων
ὡς σοδομων ανηγ
γειλαν και ενε
φανησαν.
Ουαι τη ψυχη αυτω¯
οτι βεβουλοντ‿
βουλην πονηρα¯
καθ εαυτων ειπο¯
τες δησωμεν το¯
δικαιον οτι δυσχρη
στος ημιν εστιν.
Τοινυν τα γενημα
τα των εργων αυ
των φαγονται
Ουαι τω ανομω πο
νηρα κατα τα εργα
των χειρων αυτου

✠ ΗΣΑΙΑΣ ✠

. . . . . . ται αυτω
. . . . . πρακτορες
. . . . . αμωντ
. . . και οι απαιτου-
. . . κυριευσουσιν ημω-
. . . ος μου οι μακαριζο-
τες υμας πλανωσι-
υμας και τον τριβο-
των ποδων υμω-
ταρασσουσιν.
Αλλα νυν καταστη
σεται εις κρισιν κ̅ς̅
και στησει εις κρι
σιν τον λαον αυτου.
Αυτος κ̅ς̅ εις κρισιν
ηξει μετα των πρεσ
βυτερων του λαου
και μετα των αρ
χοντων αυτου.
Υμεις δε τι ενεπυ
ρισατε τον αμπελω
να μου και η αρπαγη
του πτωχου εν τοις
οικοις υμων· τι υ
μεις αδικειτε το-
λαον μου . . . .
σωπον των πτωχω-
καταισχυν . . .
Ταδε λεγει κ̅ς̅ ανθ ω-
υψωθησαν αι θυγα
τερες σιων· και επο
ρευθησαν υψηλω
τραχηλω και νευ
μασιν οφθαλμω-
και τη πορεια τω-
ποδων αμα συρου
σαι τους χιτωνας
και τοις ποσιν αμα
πεζουσαι· και ταπει
νωσει ο θ̅ς̅ αρχουσας
θυγατερας σιων·
και αποκαλυψει το
σχημα αυτων εν
τη ημερα εκεινη.
Και αφελει κ̅ς̅ την
δοξαν του ιματι
σμου αυτων και
τον κοσμον αυτω-
και τα εμπλοκια
και τους κοσυμβους

και τους μηνισκους
και το καθεμα· και
τον κοσμον του προ
σωπου αυτων· και
την συνθεσιν του
κοσμου της δοξης
και τους χλιδωνας
και τα ψελια και το
εμπλοκιον· και τους
δακτυλιους· και τα
περιδεξια· και τα
ενωτια· και τα πε
ριπορφυρα· και τα
μεσοπορφυρα· κ͂
τα επιβληματα
κατα την οικιαν
και τα διαφανη
λακωνικα· και τα
βυσσινα και τα υ
ακινθινα· και τα
κοκκινα και τη͞
βυσσον συν χρυ
σιω και υακινθω
συνκαθυφασμε
να· και θεριστρα

κατακλειστα· και
εσται αντι οσμης
ευωδε . . κονιορτος
και αντι ζωνης
σχοινιω ζωση· κ͂
αντι του κοσμου
της κεφαλης του
χρυσιου φαλακρω
μα εξεις δια τα εργα
σου και αντι του
χιτωνος του μεσο
πορφυρου περιζω
ση σακκον· και ο υι
ος σου ο καλλιστος
ὃν αγαπᾶς μαχαιρα
πεσειται· και οι ισ
χυοντες υμων μα
χαιρα πεσουνται
και ταπεινωθησο͞
ται και πενθησου
σιν ἀι θηκαι του
κοσμου υμων κ͂
καταλειφθηση
μονη και εις την
γην εδαφισθηση.

Και επιλημψονται
επτα γυναικες ανου
... . . ουσαι τον αρτον
ημων φαγομεθα
και τα ιματια ημω̄
περιβαλομεθα· πλη̄
το ονομα το σον κε
κλησθω εφ ημας
αφελε τον ονειδι
σμον ημων.
Τη δε ημερα εκεινη
επιλαμψει ο θ̄ς εν
βουλη μετα δοξης
επι της γης του υ
ψωσαι και δοξασαι
το καταλιφθεν του
ισλ̄· και εσται το υπο
λειφθεν εν σιων·
και το καταλειφθε-
εν ιλ̄ημ αγιοι κλη
θησονται παντες
οι γραφεντες εις ζω
ην εν ιλ̄ημ.
Οτι εκπλυνει κ̄ς το
ρυπον των υιω̄
και των θυγατερω̄
σιων· και το αιμα
εκκαθαριει εκ με
σου αυτων εν πν̄ι
κρισεως και πν̄ι
καυσεως.
Και ηξει και εσται πας
τοπος του ορους σιω̄
και παντα τα περι
κυκλω αυτης σκι
ασι νεφελη ημερας·
και ως καπνου κ..
ώς φωτος πυρος και
ομενου νυκτος
παση τη δοξη σκε
πασθησεται· και
εσται εις σκιαν α
πο καυματος και
εν σκεπη και εν
αποκρυφω απο
σκληροτητος και
υετου.
Ασω δη τω ηγαπη
μενω ασμα του α
γαπητου τω αμπε
λωνι μου·

Αμπελων εγενηθη
τω ηγαπημενω
εν κερατι εν τοπω
πιονι· και φραγμο-
περιεθηκα και εχα
ρακωσα· και εφυτευ
σα αμπελον σωρηχ'
και ωκοδομησα πυρ
γον εμμεσω αυτου
και προληνιον ὠ
ρυξα εν αυτω και
εμεινα του ποιησαι
σταφυλην εποιη
σεν δε ακανθας.
Και νυν ανος του ι
ουδα και οι ενοικου-
τες εν ιλημ κρι
νατε εν εμοι και
αναμεσον του αμ
πελωνος μου· τι
ποιησω ετι τω αμ
πελωνι μου και ου
κ εποιησα αυτω· δι
οτι εμεινα του ποι
ησαι σταφυλην
εποιησεν δε ακανθας.
Νυν δε αναγγελω υ
μιν τι ποιησω τω
αμπελωνι μου
αφελω τον φραγμο-
αυτου και εσται εις
διαρπαγην και κα
θελω τον τοιχον
αυτου και εσται εις
καταπατημα· και
ανησω τον αμπε
λωνα μου και ου
μη τμηθη ουδε
μη σκαφη και α
ναβησεται επ αυτο-
ως εις χερ . . . κα-
θα· και ταις . . . φε
λαις εντελουμαι
του μη βρεξαι εις αυ
τον υετον.
Ο γαρ αμπελων κυ
σαβαωθ' οικος του
ισλ και ανος ιου
δα νεοφυ . . . . .
πημενον . . . . .

του ποιησαι κρισιν
εποιησεν δε ανομι
αν και ου δικαιοσυ
νην αλλα κραυγη¯
Ουαι οι συναπ̄τοντες
οικιαν προς οικια¯
και αγρον προς αγρο¯
εγγιζοντες ινα του
πλησιον αφελων
ται τι μη οικησατε
μονοι επι της γης
ηκουσθη γαρ εις τα
ωτα κ̄υ σαβαωθ ταυ
τα· εαν γαρ γενων
ται οικιαι πολλαι εις
ερη . . . . εσονται
μ . . . αι και καλαι
και ουκ εσονται ὁι
ενοικουντες εν
αυταις· ου γαρ εργω¯
ται δεκα ζευγη βο 12
. . ν ποιησει κερα
. . . ν ἑν· και ο σπει
. . . . ταβας ἓξ
. . . . μετρα τρια·

Ουαι οι εγειρομενοι 13
το πρωϊ και το σικε
ρα διωκοντες οι μ'
νοντες το οψε ο γαρ
οινος αυτους συνκαυ
σει· μετα κιθαρας
και ψαλτηριου και
τυμπανων και
αυλων τον οινον
πινουσιν τα δε ερ
γα κ̄υ ουκ εμβλεπου
σιν και τα εργα τω¯
χειρων αυτου ου
κατανοουσιν.
Τοινυν αιχμαλωτος
ο λαος μου εγενηθη
δια το μη ειδεναι
αυτους τον κ̄ν· κ͂
πληθος εγενηθη
νεκρων δια λιμο¯
και διψαν υδατος
και επλατυνεν
ο αδης την ψυχη¯
αυτου και διηνοι
ξεν το στομα αυτου
του μη διαλει . . ε . . ν

Και καταβησονται οι
ενδοξοι και οι μεγα
λοι και οι πλουσιοι
και οι λοιμοι αυτης
και ταπεινωθησε
ται ανος και ατιμασ
θησεται ανηρ και οι
οφθαλμοι οι μ . . τε
ωροι ταπεινωθη
σονται· και υψωθη
σεται κς σαβαωθ ε-
κριματι και ο θς ο α
γιος δοξασθησετ
εν δικαιοσυνη.
Και βοσκηθησοντ
οι διηρπασμενοι ως
ταυροι· και τας ερη
μους των απειλημ
μενων αρνες φα
γονται
Ουαι οι επισπωμενοι
τας αμαρτιας ως σχοι
νιω μακρω και ως
ζυγου ιμαντι δαμα
λεως τας ανομιας
οι λεγοντες το τα
χος εγγισατω α ποι
ησει ινα ιδωμεν
και ελθατω η βουλη
του αγιου ισλ ινα
γνωμεν.
Ουαι οι λεγοντες το
πονηρον καλον
και το καλον πονη
ρον· οι τιθεντες το
σκοτος φως και το
φως σκοτος· οι τι
θεντες το πικρον
γλυκυ και το γλυ
κυ πικρον.
Ουαι οι συνετοι εν ε
αυτοις και ενωπι
ον εαυτων επιστη
μονες
Ουαι οι ισχυοντες υ
μων . . . .
πινοντες . . . . . .
δυνασται . . . .
νυντες . . . . .
οι δ . . . . . .

ασεβη ενεκεν δω
ρων και το δικαιον
του δικαιου αιροντες
δια τουτο ον τροπο¯
καυθησεται καλαμη
υπο ανθρακος πυρος
και συνκαυθησετ͜
υπο φλογος ανειμε
νης η ριζα αυτων
ως χνους εσται και το
ανθος αυτων ως κο
νιορτος αναβησεται
ου γαρ ηθελησαν το¯
νομον κ̅υ̅ σαβαωθ
και το λογιον του αγι
ου ι̅σ̅λ̅ παρωξυναν
και εθυμωθη οργη
κ̅ς̅ σαβαωθ επι τον
λαον αυτου και επε
βαλεν την χειρα αυ
. . . επ αυτους και ε
. . . ξεν αυτους κ͜
. . . υνθη τα ορη
. . . . τα θνη
. . . . ως κο

πρια μεσον οδου· εν
πασιν τουτοις ουκ α
πεστραφη ο θυμος
αλλ ετι η χειρ υψηλη
Τοιγαρουν αρει συσση
μον εν τοις εθνεσι¯
τοις μακραν και συ
ριει αυτους απ ακρου
της γης και ιδου τα
χυ κουφως ερχοντ͜
ου πινασουσιν ουδε
κοπιασουσιν ουδε
νυσταξουσιν ουδε
κοιμηθησονται
ουδε λυσουσιν τας ζω
νας απο της οσφυος
αυτων· ουδε μη ραγω
σιν οι ιμαντες τω¯
υποδηματων αυτω¯.
ων τα βελη οξεια εστι¯
και τα τοξα αυτων
εντεταμενα οι πο
δες των ιππων αυ
των . . στερεα πετρα
ελογησθησαν· οι τροχοι

των αρματων αυτω‾
ως καταιγις· ορμω
σιν ως λεοντες και
παρεστησαν ὡς σκυ
μνοι λεοντος· και
επιλημψεται και
βοησεται ως θηριο‾
και εκβαλει και ου
κ εσται ο ρυομενος
αυτους και βοησετ‿
δ . . αυτους εν τη η
μερα εκεινη ὡς φω
νη θαλασσης κυμαι
νουσης και εμβλε
ψονlαι εις τον ουνο‾
ανω και εις την γη‾
και ιδου σκόlος σκλη
ρον εν τη απορια αυlω‾
Και εγενέlο του ενι 11
αυτου, ὀῦ, απεθανε‾
οζειας ὁ βασιλευς ει
δον τον κ̅ν̅ καθη
μενον επι θρονου
υψηλου και επηρ
μενου· και πληρης

ο οικος της δοξης
αυτου· και σεραφιμ
ιστηκεισαν κυκλω
αυτου· ἑξ πlερυγες
τω ενι και εξ πlερυ
γες τω ενι και ταις
μεν δυσιν κατεκα
λυπlον το προσω 15
πον και ταις δυσι‾
κατεκαλυπlον τους
ποδας και ταις δυσι‾
επεταvlο· και εκε
κραγον ἑlερος προς
τον ετερον και ελε
γον αγιος αγιος αγιος
κ̅ς̅ σαβαωθ πληρης
πασα η γη της δοξης
αυτου
Και επηρθη το υπερ
θυρον απο της φω
νης ης εκεκραγο‾
και ο οικος επλησθη
καπνου· και ειπα
ω̃, ταλας εγω οτι κα
τανενυγμαι οτι

✠ ΗΣΑΙΑΣ ✠

ανος ων και ακαθαρ
τα χειλη εχων εμμε
σω λαου ακαθαρτα
χειλη εχοντος εγω
οικω και τον βασιλεα
κν σαβαωθ ειδον τοις
οφθαλμοις μου. 10
Και απεσταλη προς με
ἓν των σεραφιμ κ͂
εν τη χειρι εχον αν
θρακα· ὃν τη λαβιδι
ελαβεν απο του θυσι
αστηριου και ηψατο
του στοματος μου κ͂
ειπεν· ιδου ηψατο
τουτο των χειλεω͞
σου. και αφελει τας
ανομιας σου και τας
αμαρτιας σου περικα
θαριει· και ηκουσα
της φωνης κυ λεγο͞
τος· τινα αποστει
λω και τις πορευσετ͂
προς τον λαον του
τον και ειπα ιδου
εγω ειμι αποστειλον με.
Και ειπεν πορευθητι
προς τον λαον τουτο͞
και ειπον τω λαω του
τω ακοη ακουσητε
και ου μη συνητε
και βλεποντες βλεψε
ται και ου μη ιδητε
επαχυνθη γαρ η καρ
δια του λαου τουτου
και τοις ωσιν αυτω͞
βαρεως ηκουσαν :·.
και τους οφθαλμους ε
καμμυσαν· μη πο
τε ιδωσιν τοις οφθαλ
μοις και τοις ωσιν
αυτων ακουσωσιν
και τη καρδια συνω
σιν και επιστρεψω
σιν και ιασομαι αυτους 17
Και ειπα εως ποτε κε.
Και ειπεν εως αν ερη
. . . . . . σιν πολεις
παρα το μη κατοικει
σθαι και οικοι παρα

✠ ΠΡΟΦΗΤΗΣ ✠

το μη ειναι ανους κ
η γη καταλιφθησε
ται ερημος.
Και μετα ταυτα μακρυ
νει ο θς τους ανους
και οι καταλιφθεν
τες πληθυνθησον
ται επι της γης· και ε
τ . . . π αυτης εστιν το
επιδεκατον και πα 18
λιν εστιν εις προνο
μην ως τερεβινθος
και ως βαλανος οτα
εκπεση εκ της θη
κης αυτης.
Και εγενετο εν ταις η
μεραις αχαζ' του ιωα
θαμ' του υιου οζιου
βασιλεως ιουδα ανε
βη ραασσων βασιλευς
αραμ και φακες υι 19
ος ρομελιου βασιλευς
ισλ επι ιλημ πολε
μησαι αυτην και ουκ η
δυνηθησαν πολι
ορκησαι αυτην.
Και ανηγγελη εις το
οικον δαδ λεγοντες
συνεφωνησεν α
ραμ προς τον εφραιμ
και εξεστη ή ψυχη
αυτου και η ψυχη
του λαου αυτου· ον
τροπον εν δρυμω
ξυλον υπο πνς σα 20
λευθη.
Και ειπεν κς προς ησα
ϊαν εξελθε εις συνα
τησιν αχαζ' συ και ο
καταλιφθις ιασουβ'
ο υιος σου προς τη
κολυμβηθραν της
ανω οδου το αγρου
του γναφεως· και ε
ρεις αυτω· φυλαξαι
του ισυχασαι και
μη φοβου· μηδε
ψυχη σου ασθενειτω
απο των δυο ξυλω
των δαλων των

καπνιζομενων
τουτων· οταν γαρ
οργη του θυμου μου
γενηται παλιν ια
σομαι.
Και ο υιος αραμ κ͂
ο υιος του ρομελιου
οτι εβουλευσαντο
βουλην πονηραν
περι σου λεγοντες·
αναβησομεθα εις τη‾
ιουδαιαν και συλλα
λησαντες αυτοις
αποστρεψωμεν αυ
τους προς ημας κ͂
βασιλευσομεν αυ
τοις τον υιον ταβεηλ.
Ταδε λεγει κ̄ς σαβαωθ'
ου μη εμμεινη η
βουλη αυτη ουδε εστ͂
αλλ ἡ κεφαλη αραμ
δαμασκος αλλ' ετι
εξηκοντα και πε‾
τε ετων εκλειψει
η βασιλεια εφραιμ 21
απο λαου· και η κεφα
λη εφραιμ' σομορω‾
και η κεφαλη σομο
ρων υιος του ρομε
λιου και εαν μη πισ
τευσητε ουδε μη
συνητε. 22
Και προσεθετο κ̄ς λα
λησαι τω αχαζ' λεγω‾
αιτησαι σεαυτω ση
μειον παρα κ̄υ θ̄υ
σου εις βαθος ἠ ἐις
υψος.
Και ειπεν αχαζ' ου μη
αιτησω ουδ' ου μη
πειρασω κ̄ν.
Και ειπεν· ακουσατε
δη οικος δ̄ᾱδ̄ μη
μικρον υμιν αγω
να παρεχειν ᾱν̄οις·
και πως κ̄ω προσε
χεται αγωνα· δια του
το κ̄ς αυτος δωσει
υμιν σημειον.
Ιδου η παρθενος, εν

γαστρι λημψεται κ̃
τεξεται υιον και κα
λεσ . . . . ν το ονομα
αυτου εμμανουηλ
βουτυρον και μελι
φαγεται· πρινη γνω
ναι αυτον η προελε
σθαι πονηρ . . . εκ
λεξεται το αγαθον·
διότι πρινη γνω
ναι το παιδιον αγα
θὸν η κακον απι
θει πονηρια τοῦ ἐκ
λεξασθαι το αγαθο‾
και καταλειφθη
σεται η γη ην συ φο
βη απο προσωπου
των δυο βασιλεω‾
αλλ επαξει ο θ̅ς̅ επι
σε και επι τον λαο‾
σου και επι τον οι
κον του π̅ρ̅ς̅ σου
ημερας αῑ ουπω η
κασιν ἀφ ἧς ημε
ρας αφειλεν εφραιμ

απο ιουδα τον βασι
λεα των ασσυριω‾.
Και εσται εν τη ημε
ρα εκεινη συριει 23
κ̅ς̅ μυιας ο κυριευ
ει μερος ποταμου
αιγυπτου· και τη
μελισση, ἥ εστιν 24
εν χωρα ασσυριω‾
και εξελευσονται
παντες και αναπαυ
σονται εν ταις φα
ραγξιν της χωρας
και εν ταις τρωγλαις
των πετρων κ̃
εις τα σπηλαια κ̃
εις πασαν ραγαδα
και εν παντι ξυλω
Εν τη ημερα εκει
νη ξυρησει κ̅ς̅ τω
ξυρῶ τω μεμεθυσ 25
μενω περαν του πο
ταμου βασιλεως ασ
συριων την κεφα
λην και τας τρι . . .



των ποδων και το-
πωγωνα αφελει.
Και εσται εν τη ημερα
εκεινη θρεψει ανος
δαμαλιν βοων και
δυο προβαla· και εστ‿
απο του πλειστον ποι
ειν γαλα βουτυρον
και μελι φαγεται πας
ο καταλιφθεις επι
της γης.
Και εσlαι . . . τη . . με
ρα εκεινη πας τοπος
ου εαν ωσιν χιλιαι 26
αμπελοι χιλιων σι
κλων εις χερσον . .
σονται και εις ακα-
θαν μετα βελους κ‿
τοξευματος εισελευ
σονται εκ . . . οτι χερ
σο . . και ακανθα εστ‿
πασα η γη και παν . . .
ος αροτρ . . . .
ροτρι . . θησεται . . . .
. . . .

φοβος· εσται γαρ απο
της χερσου και ακα-
θης εις βοσκ . . . . . . προ
βατου και καταπα
τημα βοος.
Και ειπεν κς προς με
λαβε σεαυτω τομο-
καινου μεγαλου κ‿
γραψον εις αυτον γρα
φιδι ανου του οξεως
προνομην ποιη
σαι σκυλων παρεστι-
γαρ και μαρτυρας μοι
ποιησον πιστους
ανους τον ουριαν κ‿
τον ζαχ . . . . υ . . . ν
βαραχι . . . . και προσ
ηλ . . . προς την προ
φη . . . . . . .και εν γασ
τρι . . . . ετε
κε . . . υ . . ν . . . .
. . . . εν . . . . . κα
λεσον το ονομ . . . αυ
του ταχεως σκυλευ
σον ο . . . . προνομευ
σον·

διοτι πριν η γνω
ναι το παιδιον κα
λειν π̅ρ̅α̅ η μ̅ρ̅α̅ λημ
ψεται δυναμιν δα
μασκου και τα σκυ
λα σαμαρειας εναν
τι βασιλεως ασσυριω̅
In grae. *Consentivit Aram ad Efraim et conturbata est anima eius:* et cor populi eius. sicut moventur ligna silvarum a facie venti. Et dixit Dominus ad Isaiam. egredere in occursum Achaz, tu et qui derelictus est Iasub filius tuus. ad extremum [4]) aquaeductus piscinae superioris in via agri fullonis. Et dices ad eum. Vide ut sileas. noli timere. et cor tuum ne formidet a duobus caudis titionum fumigatium istorum.

1) Mendum codicis pro *quercus*.
2) Sic aliquando scribi solet in nostro codice pro *filii*.
3) Compendium *dd* pro nomine *David* legitur in codice, quod brevius est graeco ΔΑΔ.
4) In codice iterantur elementa *aquaed*.

in ira furoris Rasin et Syriae et filii Romeliae.

In grae. *Quando enim indignatio irae meae facta erit. iterum sanabo. Et filius Aram et filius Romeliae.*
eo quod consilium inierit [1]) contra te Syria mala. Efraim et filius Romeliae dicentes. Ascendamus ad Iudam et suscitemus eum et avellamus eum ad nos. et ponamus regem in medio eius filium Tabeel. Haec dicit Dominus Deus non stabit. et non erit istud. sed caput Syriae Damascus. et caput Damasci Rasin. et adhuc sexaginta et quinque anni, et desinet Efraim esse populus. et caput Efraim Samaria. et caput Samariae filius Romeliae. Si non credideritis non permanevitis [2]).

In grae. *Si non credideritis neque intelligitis.*

Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens. Pete tibi signum a Domino Deo tuo. in profundum inferni sive in exelsum supra.

IN GRAECO *non dicit - inferni - sed - in profundum sive in exelsum - ut ostendat deitatem et humanitatem* XPI. *hoc est enim signum magnum -*

Et dixit Achaz non petam et non temptabo Dominum. et dixit. Audite ergo domus David numquid parum est [3]) vobis est molestos esse hominibus. quia molesti estis et Deo meo? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet. pariet filium. et vocavit nomen eius Emmanuel. botyrum et mel comedet ut scit [4]) reprobare malum et eligere bonum.

IN GRAE. *priusquam scire eum sive praeeligere mala. eliger... bonum propter quod antequam sciret puer bonum aut malum contradicit malitia ut eligeret bonum -*

IN LATINO. Quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum derelinquetur terra quam tu detestaris. a facie duorum regum suorum adducet Dominus super te et super populum tuum. et super domum patris tui dies qui non venerunt a diebus separationis Efraim..... as cum rege.....rum.

IN GRAE. *a quo die ... stulit Efrem* [5]) *a Iuda regem Assyriorum.*

1) Scriptor primo scripsit *interunt*, dein *interint*, ac denique *interit*.

2) Ita codex pro *permanebitis*.

3) Ita codex.

4) Sic in codice.

5) Codex hoc pacto scribit.

Codicis pag. 94. Cap. VII, 18-25

et erit in die illa sivilavit [1]) Dominus muscae quae est in extremo fluminum Aegypti. et api quae est in terra Assur. et venient et requiescent omnes in turrentibus vallium et cavernis petrarum. et in frutectis [2]) omnibus et in universis foraminibus. Et in die illa radet Dominus in novacula conducta in his qui trans flumen sunt in rege Assyriorum caput et pilos pedum, et barbam universam. Et erit in die illa. nutriet homo vaccam boum et duas oves. et prae [3]) ubertatem lactis comedet botyrum [4]). botyrum et mel manducavit [5]) omnis

qui relictus fuerit in medio terrae. Et erit in die illa omnis locus ubi fuerint mille vites. mille argenteis, et in spinas et vepres erunt cum sagittis et arcu ingredientur illuc. vepres enim et spinae erunt in universa terra. et omnes montes qui in sarculo sarventur [6]). non veniet illuc terror spinarum et veprium. et erit in pascuam [7]) bovis.

1) Ita codex pro *sibilabit*.
2) Sic codex; sed lege *fructetis*.
3) Sigla $\bar{p}$ heic est in codice.
4) Verbum istud iterum hoc pacto describitur.
5) Sic codex pro *manducabit*.
6) Ita codex pro *sarrientur*.
7) Ita codex.

Codicis pag. 93. Cap. VII, 25–VIII, 7.

erit in pascua bovis [1]), et in conculcationem pecoris. Et dixit Dominus ad me. sume tibi librum grandem. et scribe in eo stilo hominis. velociter spolia detrahe. cito praedare. Et adhibui michi testes fideles. Uriam sacerdotem. et Zachariam filium Herabachiae [2]). Et accessi ad profetissam. et concepit et peperit filium. et dixit Dominus ad me. voca nomen eius adcelera. spolia detrahere. festina praedare [3]). quia antequam sciat puer vo.... patrem suum vel [4]) matrem suam auferetur fortitudo Damasci et spolia Samariae coram rege Assyriorum. Et adiciet [5]) Dominus loqui ad me adhuc dicens. Pro eo quod adiecit [6]) populus iste aqua [7]) Siloam quae vadunt cum silentio. et adsumpsit magis Rasin et filium Romeliae; propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes et [8]) multas [9]).

1) Haec priora, ut alias fieri vidimus, ex praecedenti pagina iterantur.
2) Hoc habet codex loco *Barachiae*.
3) Sic codex.
4) Ita scribitur.
5) Sic in codice.
6) Ita pro *abiecit*.
7) Codex ita habet.
8) In codice videmus signum ¬ pro *et*. Signum istud post litteram *s* est compendium verbi *sed*.
9) Heic in codice adest graeca adnotatio, et quaedam alia videntur latina, quae legi nequivere.

Codicis pag. 86. Cap. VIII, 7–10.

Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes et multas [1]) regem Assyriorum et omnem gloriam eius. et ascendet super omnes rivos eius. et fluet super universas ripas eius. et ibit

per Iudam inundans, et transiens usque ad collum veniet. et erit extensio alarum eius implens latitudinem terrae tuae. O Emmanuhel[1]. congregamini populi et vincemini[2]). et audite universae procul terrae: confortamini et vincemini. accingite vos et vincemini. Inite consilium et dissipabitur. loquimini verbum et non fiet quia nobiscum Deus.

1) Ut alias, et hic scriptor nonnulla ex praecedenti pagina habet.

2) Hoc pacto scribitur, atque a praecedentibus verbis dividitur nomen Emmanuel.

3) Sic in codice verbum, quod et paulo post eadem ratione scribitur.

Codicis pag. 85. Cap. VIII, 11-18.

Haec enim ait Dominus ad me. sicut in forti manu erudivit me ne irem in viam populi huius dicens non dicatis coniuratio.

Et in gr. *Sic dicit Dominus forti manu contradicunt itineri populi huius dicentes. nolite dicere durum. omne* [1]) *enim quod dicturus erit populus huic* [2]) *durum est.*

In latino. Omnia enim quae loquitur populus iste, coniuratio est. et timorem eius ne timeatis neque paveatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate. ipse pavor vester. et ipse terror vester. et erit vobis in sanctificatione. In lapidem autem offensionis et in petra scandali duabus domibus Israhel. in laqueum et in ruinam habitantibus Ierusalem. Offendent ex eis plurimi et cadent et conterentur. et inretientur et capientur.

Et in grae. *Et si in eo confidens eris, erit tibi in sanctificationem. et non quasi lapidis* [3]) *offensioni* [4]) *obviavitis* [5]) *ei. neque ut petra ruinae. domus autem Iacob in laqueum et fovet insidians in Ierusalem.*

In latino. Liga testimonium. signa legem in discipulis meis. et expectabo Dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob. et praestolabor eum.

Huic [6]) *minus habetur in latino post enim dum dic..t:* Inretientur et capientur - *post dicit*

In gr. *Propterea infirmi erunt in eis multi et cadebunt* [7]) *et conterentur. et proximabunt et capti erunt homines in stabilitate. Tunc*

manifesti erunt qui signantur legem ut non discant. et dicent [8]) *expecto Deum qui avertit faciem suam a domu Iacob. et confidens ero in eum.*

In latino. Ecce ego et pueri quos mihi dedit Dominus.

1) In codice scribitur *omnē.*
2) Ita in codice, certe pro *hic;* in graeco enim legitur λαο; ουτος.
3) Sic in codice.
4) Sic in codice.
5) Ita codex pro *obviabitis.*
6) Hoc etiam in loco habemus *huic* pro *hic* adverbio.
7) Ita codex.
8) Scriptum erat *dicet*, quod imposito *n*, emendatum est.

Codicis pag. 102. Cap. VIII, 18-IX, 2.

XXIIII. Ecce ego et pueri quos mihi dedit Dominus [1]) in signum, et portentum Israhelis a Domino exercituum qui habitat in monte [2]) Sion. Et cum dixerint ad vos querite a pithonibus et a divinis qui strident incantationibus [3]) suis. numquid non populus a Deo suo requirit pro vivis ac [4]) mortuis. ad legem magis et ad testimonium.

In grae. *Et si dixerint vobis querite eos qui a terra locuntur vel* [5]) *clamant et eggastrimythos* [6]) *qui vana locuuntur. qui a vestre* [7]) *strident. non gens ad Deum suum. ut quid interrogant de his qui vivunt mortuos? Legem enim in adiutorium dedit, ut dicent non sic; quemadmodum hoc verbum de quo non est dare munera.*

Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. et transivit [8]) per eam, corruet et esuriet. et cum esurierit, irassetur [9]), et maledicet regi suo et Deo suo.

In grae. *et veniet super vos dura famis. et erit cum esurietis contristabimini. et male locuti eritis principem et ea quae paternalia sunt - non dicit -* et Deo suo.

Et suspiciet sursum. et ad terram intuebitur. et ecce tribulatio et tenebrae. dissolutio angustiae et caligo persequens. et non poterit avolare de angustia sua.

In graeco *et non erit appropriatus qui in angustia est usque in tempore.*

LATIN. Primo tempore allevata est terra Zabulon et terra Nephtalim [10]) novissimo adgravata est via maris trans Iordan... Galilaeae Gentium populus qui ambulabat in tenebris vidit lu... magna [11]).

IN GR. *hoc primum b....... Zabulon terra Nefta ..... [12]) et reliqui mar... ra Iord .... Galilea gent ... populus qui ambu ... in tenebris vid ... cem magnam. qui h .... t in umbra mortis lux lucebit nobis.*

1) Hoc ex praecedenti pagina habetur.
2) In codice scriptum videtur *montē.*
3) Heic deletum apparet *eius.*
4) Ita codex.
5) Est compendium *v̄l* in codice.
6) Vox graeca, graecoque more descripta; verbum enim istud pronunciatur *engastrimythos.*
7) Pro *ventre* sic scribitur.
8) Ita codex pro *transibit.*
9) Sic codex pro *irascetur.*
10) Ita codex.
11) Sic in codice; certe legendum *magnā.*
12) Codex sic habet.

Codicis pag. 101. Cap. IX. 3–10.

multiplicasti gentem, non magnificasti laetitiam.

IN GRAE. *Plurimum populi quod descendere fecisti in laetitia tua.*

Laetabuntur coram te. sicut qui laetantur in messe. sicut exultant quando dividunt spolia. Iugum enim oneris eius et virgam humeris [1]) eius, et sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madiam. quia omnis violenta praedatio cum tumultu, et vestimentum mixtum sanguine et erit in combustionem et civus [2]) ignis. parvulus enim natus est nobis filius datus est nobis. et factus est principatus super humeros eius et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius. Deus fortis. pater futuri saeculi.

IN GRAE. *Propter quod oblatum [3]) est iugum quod erat super collum eorum. virgam enim exactorum dissipavit. quemadmodum in die Madiam. quoniam omne [4]) ornamentum dolo collectum, et vestimentum cum reconciliatione reddituri erunt. et voluerint si fuissent igne combusti. quoniam parvulus natus est nobis filius datus est nobis etc.*

Multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis. super solium David, et super regnum eius, ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia, amodo usque in sempiternum.

IN GRAE. *Ego enim inducam pacem super principes. et sanitatem*

ei: magnum principium eius. et pacis eius non erit finis, et cetera. zelus Domini exercituum faciet hoc.

Verbum misit Dominus in Iacob, et cecidit in Israhel. et sciet populus omnis Efraim et abitantes Samar... in superbia et magnitudine cordis dicentes. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus edificabimus. sicomoros succiderunt [5]) sed cedros immutabimus.

1) Ita codex.
2) Sic codex pro *cibus*.
3) Ita codex.
4) In codice scriptum videtur *omnē*.
5) Hoc pacto emendatum est in codice, cum forte scriptum esset *susciderunt*.

Codicis pag. 54. Cap. IX, 10-16.

In grae. *Latere* [1]) *ceciderunt. sed venite et incidamus lapides. et incidamus sicaminos idest* [2]) *celsas et cedrum. et edificemus nobis turrem.*

Et elevavit [3]) Dominus ostes Rasin super eum. et inimicos eius in tumultum vertet. Syriam ab oriente. et Philistiim ab occidente. et deborabunt [4]) Israhel toto ore. In omnibus his non est aversus furor eius. sed adhuc manus eius extenta. et populus non est reversus ad percutientem se. et Dominum exercituum non inquisierunt. Et disperdet Dominus ab Israhel caput et caudam. incurbantem [5]) et refrenantem in die una. Longevus et onorabilis ipse est caput. et propheta docens mendacium ipse cauda est. ėt erunt qui beatificabant populum istum, seducentes. et qui beatificantur, praecipitati.

In grae. *et populus non reversus est. usque plagatus est. et Dominum inquisierunt.*

Incurbantem et refrenantem.

In graeco *magnum et parvum dicit.*

1) Ita codex.
2) Sigla adest *īd*.
3) Codex ita pro *elevabit*.
4) Sic codex.
5) Ita codex pro *incurvantem*, quod rursus inferius leges.

Propter hoc super adulescentulis [1]) eius non laetabitur Dominus et pupillorum eius. et viduarum non miserebitur. quia omnis ypocrita est et nequam. et universum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est aversus furor eius. sed adhuc manus eius extenta. succensa est enim quasi ignis impietas. veprem et spinam voravit [2]) et succendetur in densitate saltus.

In grae. *et succendetur ut ignis iniquitas.*

Et convolvetur superbia fumi.

In gr. *et sicut gramen siccum combustum erit ab igne. et combustum erit in dadis* [3]) *silvae. et simul comedet quae in circuitu sunt montium omnia. propter furorem indignationis Domini combusta est omnis terra. et erit populus quasi ab igne combustus. homo fratri suo non miserebitur. sed decl...vit in dextris quoniam esurievit* [4]). *et manducavit* [5]) *ex sinistris. et non erit satiatus homo comedens carnes brachii sui.*

In ira Domini exercituum conturbata est terra. et erit populus quasi esca ignis. vir fratri [6]) suo non par... et declinavit [7]) ad dextram et esuriet. et comedet ad sinistram et non saturabitur. unusquisque carnem brachii sui vorabit [8]).

1) Sic in codice legitur.

2) Ita codex.

3) Ita redditur graecum δαδεσιν, quod in aliis libris scriptum est δασεσι.

4) Sic in codice pro *esuriet.*

5) Scribendum *manducabit.*

6) Per compendium *frī* scribitur.

7) Ita codex pro *declinabit.*

8) Folium, quod in veteri codice sequebatur, excidit; ideoque lacuna in editione adest.

Codicis pag. 75. Cap. X, 13-19.

Dixit enim. In fortitudine manus meae feci, et in sapientia mea intellex..... eorum depraedatus sum. et detraxi quasi potens in sublime residentes .....dinem populorum. et sicut colliguntur ova quae derelicta sunt, sic universa ...... pinnam [1]) et aperiret os et ganniret.

In grae. *Dixit enim in fortitudin..... terminos gentium. et fortitudinem eorum captivam ducam. et commovere faci.... manu sicut nidum et quasi derelicta ova tollam. et non erit qui fugerit... m.....* ....gloriam eius succensa ... bit quasi combustio ignis ... erit lumen

in Israhel in ign... et Sanctus eius in flamma ... succendetur et devorabitur spina eius et vepres ... in die una.

In grae. *Sed emittet Dominus Sabaoth in tu... onore ignomi... in tuam gloriam ignis ardens* [1]) *exarsus erit. et erit lumen Israhel ad ignem et sanctifica ... eum in igne ar... et comed... asi fenum materiam.*

... gloria ... eius ... ab anima...em consumetur ... errore profugus... reliquiae ligni ... prae paucitate ... erabuntur. et puer scribet eos.

In gr. *In die illa.*

1) Ita codex.

2) Idem scriptor ita emendavit, quae prius descripserat, verba *ignem ardentem*.

Codicis pag. 76. Cap. X, 18-22.

.... es et silvae. et deboravit [1]) *ab anima usque ad carnes. et erit qui fugit ...... derelicti sunt. ex his erunt numerus. et puer scribet eos.*

In latino .... l, et hi qui fugerint de domo Iacob inniti super eo qui percutit eos. sed innitetur ....ae convertentur reliquæ [2]) inquam Iacob ad Deum fortem.

In grae. *Et erit in die .... Israhel et salvi facti sunt. Iacob non iam sperabunt in his qui leserunt eos ..... ritate. et erit quod derelictum est Iacob super populum super populum* [3]) *prævalentem.* .....maris reliquæ convertentur ex eo.

In grae. [4]).

1) Ita codex pro *devorabit*.

2) Sic in codice pro *reliquiae*, quod et alias vidimus.

3) Verba *super populum* iterantur in codice.

4) Heic mutila est margo codicis, et folia forte duo ex eodem codice desiderantur.

Codicis pag. 69. Cap. XIII, 1.

ONUS BABYLONIS QUOD VIDIT ISAIAS FILIUS AMOS ..... [1]).

1) Extremus codicis margo corrosus est.

.......super montem campestrem levate signum.

L. Exaltate vocem. levate.......go mandavi sanctificatis meis. et vocavi fortes meos in ira mea.

..:.....tem campestrem levate manum [1]). *exaltate vocem vestram. nolite timere ..... ego præcipio ego duco eos. sanctificati sunt et ego duco eos. gigan..... audentes simul et iniurantes.*

L. Vox multitudinis in ..... vox sonitus gentium congregat...

G. *Vox gentium multarum.......*

....uroris eius..... disperdat omnem terram. Ululate quia prope est dies Domini quasi vastitas a Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissolventur. et omne cor hominis tabescet et conteretur. tortiones [2]) et dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt.

G. *Et conturbati erunt seniores. et dolores eos tenebunt quasi mulieris parturientis.*

L. Unusquisque ad proximum suum stupebit facies combustae vultus eorum.

G. *Et facies eorum quasi flamma mutabunt* [3]).

1) Haec a superioribus in extremo verbo varia iterantur in codice.

2) Ita codex pro *torsiones*.

3) Nonnulla desiderantur.

---

neque introibunt in ea Arabes. neque pastores requieverint in ea.

L. nec ponet ibi tentoria Araps. nec pastores requiescent ibi. sed requiescent ibi bestiae. et replebuntur domos [1]) eorum draconibus. et abitabunt ibi strutiones [2]). et pilosi saltabunt ibi. et respondebunt ibi ululae in edibus eius. et sirenæ in delubris voluptatis.

In grae. *Et requiem habebunt illuc bestiae. et repletae erunt domus sonitu. et requiebunt* [3]) *illuc sirenes et demonia illuc saltabunt. et onocentauri illuc abitabunt. et nidos facient illuc pilosi in domibus eorum.*

L. Prope est ut veniat tempus. et dies eius non elongabitur. miserebitur enim Dominus Iacob et elegit [4]) adhuc de Israhel.

G. *Cito veniet et non tardaverit et miserebitur Dominus Iacob; et eligerit adhuc Israhel.*

L. Et requiescere eos faciet super umum [5]) suam.

G. *super terram suam.*

et adiungetur advena ad eos; et adherevit [6]) domui Iacob. et tenebunt eos populi. et inducent eos in locum suum. et possidebi.... eos domus Israhel super terram Domini in servos et ancillas.

G. *Et tenebunt eos gentes et inducent in locum eorum et 'ereditabunt. et multiplicabuntur super terram Dei in servos et ancillas.*

1) Sic in codice pro *domus*.
2) Ita codex.
3) Ita codex pro *requiescent*.
4) Sic in codice.
5) Ita codex.
6) Ita codex.

Codicis pag. 59. Cap. XIV, 2-9.

et erunt capientes eos qui se ceperant.

G. *et erunt capti qui eos captivaverunt.*

L. et subicient [1]) exactores suos.

G. *Et dominabunt* [2]) *dominatoribus suis.*

L. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo et a concussione tua, et a servitute dura qua ante servisti sumes parabolam istam contra regem Babylonis et dices. quomodo cessavit exactor. quievit tributum.

XXXVIIII. G. *Et erit in die illa, requiem habens a Deo a dolore et indignatione tua. a servitudine dura qua* [3]) *servisti eis. et accipies fletum istum super regem Babylonae et dices in illa di* [4]). *quomodo requievit exactor. et requievit festinator. contrivit Deus iugum peccatorum. iugum principum, dum percussit gentes in ira, plaga insanabile. percutiens gentem plaga iræ quæ non pepercit.*

L. Contrivit Dominus vaculum [5]) impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indignatione plaga insanabili, subientem [6]) in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquievit et siluit omnis terra. gavisa est et exultavit. Abietes quoque letatæ sunt super te et cedri Libani ex quo dormisti non ascendet quis succidat nos.

G. *Requievit confidenter omnis terra clamat cum letitia, et ligna*

Libani leta facta sunt in te, et cedrus Libani a quo tu dormisti, non ascendit qui cecidebat [7]) *nos.*

L. Infernus subter te conturbatus est.

1) Sic in codice scribitur.

2) Sic in codice.

3) Prius scriptum est $\overline{qb}$, videlicet *quibus*, sed emendatum est *qua*.

4) Mendum est calligraphi pro *die*.

5) Sic pro *baculum* scribitur.

6) Sic pro *subicientem* legitur in codice.

7) Ita codex.

Codicis pag. 62. Cap. XIV, 9-17.

Infer... subter te conturbatus est [1]) in occursu adventus tui suscitavit tibi gigantes.

G. *Infernus subter te amarus factus est dum obviavit tibi simul tecum suscitati sunt omnes gigantes.*

L. Omnes principes terrae surrexerunt de soliis suis. omnes principes nationum. universi respondebunt et dicent tibi. et tu vulneratus es sicut nos. nostri similis effectus es. detracta est ad inferos superbia tua.

G. *Simul tecum suscitati sunt omnes gigantes qui dominaverunt terrae. qui elevaverunt a thronis eorum omnes reges nationum. omnes respondebunt et dicent tibi. et tu captus es sicut nos. in nobis autem computatus es. descendit ad infernum gloria tua, multa letitia tua.*

L. Concidit cadaber tuus. subter te sternitur tinea. et operimentum tuum erunt vermes.

G. *Subter te sternent putredinem, et operimentum tuum vermis.*

L. Quomodo cecidisti de cælo lucifer qui mane oriebaris. corruisti in terram qui vulnerabas gentes. qui dicebas in corde tuo. in cælum conscendam. super astra cæli exaltabo solium meum. sedebo in montem [2]) testamenti in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium. similis ero altissimo. verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacci [3]).

G. *Quomodo cecidit a cælo lucifer qui mane oriebatur contritus est in terram qui mittebat ad omnes gentes. Tu autem dixisti in cogitatione tua. in cælum ascendam. super stellas cæli ponam thro-*

num meum. sedebo in monte alto super montes exelsos aquilonis. ascendam super nubes. ero similis altissimo. nunc autem ad infernum descendebis [4]) *et in fundamentis terræ.*

L. Qui te viderint ad te inclinabuntur. teque prospicient. numquid iste est vir qui conturbavit terram. qui concussit regna. qui posuit orbem desertum. et urbes ... destruxit. vinctis eius non aperuit carcerem. omnes ... gentium uni ... dormierunt ... vir in dom..... autem proie..... sepul......

.... in infernum descendebis [5]) *et in fund..... buntur super te et dicent. hic homo ..... qui posuit orbem terrar...... ptivos non fecit solvere.*

1) Haec ex superiore habes pagina.
2) In codice *monte* legimus.
3) Ita codex.
4) Ita codex.
5) Ita codex, ut et paulo ante.

Codicis pag. 61. Cap. XIV, 19–25.

---

qui interfecti sunt gladio et descenderunt ad fundamenta lacci [1]) quasi cadaver putridum non abebis [2]) consortium neque cum eis in sepulturam. Tu enim terra dispendisti [3]). tu populum occidisti. non vocabitur in aeternum semen pessimorum. Praeparate filios eius occisioni iniquitate patrum eorum. non consurgent nec 'ereditabunt terram. neque inplebunt faciem orbis civitatem [4]). et consurgam super eos dicit Dominus exercituum.

G. *Omnes reges gentium dormierunt in onore. homo in domo sua. tu autem abiectus eris in gentibus quasi mortuus odio factus cum multis mortuis pupunctis gladibus* [5]) *descendentibus ad infernum. quemadmodum vestimentum in sanguine convolutum non erit mundum. sic neque tu eris mundus. propter quod terram meam disperdidisti. et populum meum occisisti* [6]). *non permane non permanebis in sempiternum. semen malignum. præpara filios tuos occidi peccatis patris tui. ut non resurgent et 'ereditent terram* [7]) *et replebunt terram bellis. et consurgam super eos dicit Dominus Sabaoth. et disperdam eorum nomen et residuum et semen.*

XLI. L. Et perdam Babylonis nomen et reliquas [8]) et germen ait

Dominus. et ponam eam in possessionem ericii et in paludes aquarum. et scopabo eam in scopa terens dicit Dominus exercitnum.

G. *Haec dicit Dominus. et ponam Babylonam*[9]) *desertam ut in-'abitent ericii, et erit ad nihilum et ponam eam in luti paludes ad perditionem.*

L. Iuravit Dominus exercituum dicens. si non ut putavi ita erit. et quomodo mente tractavi, sic eveniet ut conteram Assyrium.

1) Sic codex, ut alias vidimus.
2) Ita codex.
3) Sic in codice.
4) Sic in codice.
5) Hoc pacto in codice scribitur.
6) Sic codex.
7) Scripserat *teram*, sed idem emendavit.
8) Iam alias diximus ita pro *reliquias* scribi solere in codice.
9) Ita codex.

Codicis pag. 64. Cap. XIV, 24-32.

...........r...sic eveniet ut conteram Assyrium[1]) in terra mea, et in montibus meis conculcem eum. et auferetur ab eis iugum eius et onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc consilium quod cogitavi super omnem terram. et haec est manus extenta super universas gentes. Dominus enim exercituum decrevit et quis poterit infirmare. et manus eius extenta, et quis avertet eam.

G. *Haec dicit Dominus Sabaoth. quemadmodum dixi ita erit. et quemadmodum consiliatus sum, ita manevit*[2]). *disperdere Assyrios. a terra mea et a montibus meis. et erunt in conculcatione. et auferetur ab eis iugum eorum. et virtus eorum ab humeris eorum ablata erit. Hoc consilium quod cogitavit Dominus super totam*[3]) *orbem, et hæc manus extenta super omnes gentes terræ. ea enim quæ Deus sanctus decrevit, quis poterit dissipare? et manum extentam quis avertet?*

L. In anno quo mortuus est rex Achaz factum est onus istud. Ne læteris Philistea omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui. de radice enim colubri egredietur regulus. et semen eius absorvens volucrem. et pascentur primogeniti pauperum. et pauperes fiducialiter requiescent. et interire faciam in fame radicem tuam, et reliquas[4]) tuas interficiam.

Grae. *In anno quo mortuus est Achaz rex. factum est verbum istud.*

nolite læti esse omnes alienigeni. contritum est enim iugum percutientis te. ex semine enim serpentium egredientur filii aspidum. et nepotes eorum egredientur serpentes volantes. et pascentur pauperes per eum. pauperes autem viri super pacem requievunt [5]). *Interficiet vero fame semen tuum. et reliquum tuum interficiet.*

L. Ulula porta. clama civitas. prostrata est Filistea omnis. ab aquilone enim fumus veniet. et non est qui effugiat [6]) agmen eius. et quid respondebitur nuntiis gentis? quia Dominus fundavit Sion. et in ipso sperabunt pauperes populi eius.

G. *Ululate portes* [7]) *civitatum. exclament civitates conturbatæ, alienigeni omnes quoniam fu.....ne......*

1) Haec et in superiore pagina habemus.
2) Sic in codice pro *manebit.*
3) Sic in codice.
4) Sic pro *reliquias,* ut saepe vidimus.
5) Sic pro *requiebunt,* quod est pro *requiescent.*
6) Ita codex.
7) Mendum codicis pro *portae;* sed videtur ante ultimam syllabam inscriptum *s,* quasi *postes* legendum.

........reges gentium quoniam Dominus fundavit Sion. et per ipsum salvi erunt humiles populi.

L. Onus Moab. quia nocte vastata est. Moab conticuit quia nocte vastatus est murus Moab conticuit. ascendit domus Eddibon ad exelsa in planctum super Nabo et super Medaba Moab ululavit. in cunctis capitibus eius calvitium. omnis barba radetur. in triviis eius accincti sunt sacco [1]).

G. *Nocte periit Moabitis. nocte enim periit murum Moabitidem. contristamini inter vos. perit enim Lebidon. ubi altare vestrum est. illuc ascendebitis* [2]) *plorantes super Nabab* [3]) *Moabitidis ululate. super omne capud* [4]) *calbedo. omnia brachia concisa. in plateis eius accingimini cilicia, et plorate super domos eius. et in plateis eius omnes ululate cum fletu. quoniam clamavit Esebon, et locuta est usque Iassa exaudita est vox eorum.*

Super tecta eius et in plateis eius omnes ululant. descendent in fletum. clamavit [5]) Esebon et Eleala usque Iasa audita est vox eorum.

Super hoc expediti Moab. ululabunt. anima eius ululavit [6]) sibi. cor meum. ad Moab clamavit [7]). vectes eius usque ad Segor vitulam consternantem [8]).

G. *Propterea lumbus Moabitide clamat. anima eius scivit. cor Moabitide clamat in seipsum usque Sigor. vitula est enim triennis.*

L. Per ascensum enim Loith flens ascendet. et in via Oronaim clamorem contritionis levabunt. aquæ enim Remnim [9]) desertæ erunt. quia aruit herba. defecit germen. viror omnis interiit. secundum magnitudinem operis et visitatio eorum.

G. *Super ascensum autem Ludiim in te flentes ascendent per viam Aroniim. clamat contritio et concutio. aqua Nevirim desertum erit. et 'erba eius deficiet 'erba enim virida* [10]) *non erit. Nonne et hic vult salvus fieri.*

1) Nonnulla heic in codice antiquitus erasa fuisse apparet.
2) Sic in codice.
3) Aliquid emendatum fuit sub tertio elemento huius verbi.
4) Ita codex.
5) Ita codex.
6) Sic in codice.
7) Sicut et superius in codice.
8) Ita in codice.
9) Hoc pacto legitur in codice.
10) Ita in codice.

Codicis pag. 96. Cap. XV, 7–XVI, 6.

L. Ad torrentem salicum ducent eos. quoniam circuivit clamor terminum Moab, et usque ad Gallim ululatus eius. et usque ad puteum Elim clamor eius.

G. *Superducam enim super torrentem Arabas. et capient eam. coniunxit enim clamor terminum Moabitide Agalim. et ululatus eius usque ad puteum Elim.*

L. Quia aquae Dibon repletae sunt sanguinem [1]). ponam enim super Dibon additamenta. his qui fugerint de Moab leonem et reliquis terræ.

G. *Aqua autem Remmon repletum* [2]) *erit sanguinem. superducam enim super Remmon Arabas et tollam semen Moab et Ariil et relicum Adama emittam sicut erptilia* [3]) *super terram.*

L. Emitte agnum dominatorem terrae de petra deserti ad montem

filia Sion. et erit sicut avis fugiens et pulli de nido advolantes. sic erunt filiae Moab in transcensu [4]) Arnon. In [5]) consilium coge consilium.

G. *Emittam quasi erptilia super terram. numquid petra deserta est mons Sion. eris enim quemadmodum volatile volans.pullus oblatus* [6]) *eris filia Moab. post autem Arnon plurima consiliare.*

L. Pone quasi noctem umbram tuam. in meridie absconde fugientes et vagos ne prodas. 'abitabunt aput [7]) te profugi mei. Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris. finitus est enim pulvis. consummatus est miser. defecit qui conculcabat terram.

G. *Facite cooperimentum ei semper in meridianis tenebris fugent. exterriti sunt. numquid a principio peregrinabunt tibi profugi Moab. erunt cooperimentum vobis a facie persequentis. quoniam oblata est compugnatio tua et princeps periit qui conculcat super terram.*

L. Et praeparabitur in misericordia solium. et sedebit super eum [8]) in veritate in tabernaculo David. iudicans et querens iudicium, et velociter reddens quod iustum est.

G. *Et erectum erit in misericordia* [9]) *solium. et sedebit super eum cum veritate in tabernaculo David iudicans et requirens iudicium et festinans iustitiam.*

L. Audivimus superbiam Moab. superbus est valde. superbia eius et arrogantia eius et indignatio eius plusquam fortitudo eius.

G. *Audivimus iniuriam Moab. iniurator* [10]) *est nimis. superbiam eius abstuli* [11]).

1) Ita in codice.

2) Ita in codice.

3) Sic in codice pro *reptilia.*

4) Elementa *s. c.* alterum alteri superscriptum est.

5) Sic codex.

6) Ita codex.

7) Codex ita pro *apud.*

8) Ita in codice.

9) Compendium *mia* est in codice.

10) Idem scriptor cum scripsisset *inuurator*, emendavit.

11) Heic adiunxerat haec verba, quae postea leges, et ipse calligraphus obelo transfixit: *Non ita est indivinatio* (sic) *tua, non ita ululavit Moab.*

Idcirco ululavit Moab ad Moab. universus ululavit. his qui lætantur super muro cocti lateris loquimini plagas suas. quoniam suburbana Esebon deserta sunt; et vinea Sabama Domini gentium exciderunt. flagella eius usque ad Iazer pervenerunt. erraverunt in deserto. propagines eius relictae sunt, transierunt mare. super hoc plorabo in fletu Iazer. et vinea Sabama. inebriabo te lacrima mea Esebon et Eleale. quoniam super vindemiam tuam et super messem tuam vox calcantium irruit.

G. *Non sic indivinatio tua. non sic ululavit Moab. in Moabitidi enim omnes ululabunt. 'abitantibus Sedech meditatio. et non erubueris. campi Esebon plorabunt. vinea Sebama degluttentes*[1]) *gentes conculcabunt vineas eius usque Iazer. non apponebitis*[2]) *errare eremum. qui missi fuerint derelicti sunt. transierunt enim mare. propt... plorabo sicut fletum Iazer. vinea Sebama arbores tuos*[3]) *deposuit Esebon. et locutus est ad hunc super messem et super vindemiam tuam. conculcabo et omnia cadebunt*[4]).

L. Et auferetur lætitia et exultatio de Carmelo. et in vineis non exultavit .... lavit vinum ...... lari non calcavit[5]) ...... care consueve .... vocem canta .... stuli. super .... meus ad Moab quasi cithara sonavit et vis..era mea ad murum cocti lateris.

G. *Et aufertur lætitia et exultatio a vineis tuis. et in vineis tuis non erunt leti. et non conculcabunt vinum in torculariis*[6]). *siluit enim. propter hoc venter meus super Moab sicut cithara sonavit et interiora mea sicut murum quod renovasti.*

L. Et erit cum apparuerit quod laboravit Moab super exelsis suis, ingredietur ad sancta sua ut obsecret et non valebit.

G. *Et erit ad confusionem tuam quoniam laboravit Moab super collis*[7]) *suis vel altariis*[8]) *et introibit in manufactis eius ut adoret et non valebit eripere eum.*

L. Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab ex tunc. et nunc locutus est Dominus dicens.

1) Sic in codice.
2) Ita codex pro *apponetis*.
3) Sic pro *tuas* scribitur in codice.
4) Ita in codice pro *cadent*.
5) Ita codex forte pro *calcabit*, quam desinentiam *vit* pro *bit* et vicissim saepe postea, ut et antea observari potest.
6) Sic in codice.
7) Sic pro *collibus* in codice.
8) Sic codex.

Hoc verbum quod locutus est Dominus Moab ex tunc. et nunc locutus est Dominus dicens [1]). in tribus annis quasi annus mercennarii [2]), auferetur gloria Moab super omni populo multo. et relinquetur parvus et modicus nequaquam multos.

G. *Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab quando et locutus est, et nunc dicens. In tribus annis annorum mercennarii inonorabitur* [3]) *gloria Moab in omni divitia. et relictus* [4]) *erit modicus et non pretiosus.*

Onus Damasci.

Ecce Damascus desinet esse civitas. et erit sicut acervus lapidum in ruina. derelictæ civitates Aroer gregibus erunt. et requiescent ibi, et non erit qui exterreat. et cessavit [5]) adiutorium ab Efraim, et regnum a Damasco. et relique [6]) Syriae sicut gloria filiorum Israhel erunt. dicit Dominus exercituum.

G. *Ecce Damascus tollitur a civitatibus, et erit in ruinam derelicta in sempiternum. in cubile gregum et requiem, et non erit qui expellat. et non ultra erit munita ut refug..t illuc Efraim. et non ultra erit regnum in Damasco. et relicum Syrorum. non enim tu melior es filiorum Israhel.*

L. [7]) Erit in die illa adtenuabitur gloria Iacob. et pingue [8]) carnes eius emarcescent. et erit sicut congregans in messe quod restiterit et brachium eius spicas licet [9]).

G. *Hæc dicit Dominus Sabaoth. erit in die illa. defectus gloriæ Iacob. et plurima gloriæ eius commovebuntur. et erit quemadmodum si quis congregaverit messem stantem. et semen spicarum metuerit. et erit quemadmodum si quis congregaverit spicam in convalle firma. et relicta fuerit in ea stippulam* [10]) *sive ut vaca olibarum* [11]) *dua vel* [12]) *tria in parte alta aut quatuor vel quinque in ramibus* [13]) *eorum relictæ sunt.*

L. Et erit sicut querens spicas in valle Efraim. et reliquetur in eo sicut racemus et sicut excussio oleæ duarum aut trium olivarum in summitate rami. sive quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius dicit Dominus Deus Israhel.

1) Haec, ut alias factum est, in superiori pagina vidimus.
2) Sic scribitur in codice.
3) Ita codex.
4) Prius scripsit *relicta*, sed emendavit.
5) Sic pro *cessabit*.

6) Ita codex.

7) Heic in codice vidimus signum ꝰ, quod saepe in sigla *sed* ſꝰ adhibetur; et modo *Et* indicare videtur, ut alibi vidimus.

8) Ita codex pro *pingues*:

9) Sic in codice.

10) Ita codex.

11) Codex ita.

12) In codice compendium *v̄l.*

13) Sic in codice.

Codicis pag. 130. Cap. XVII, 7-14.

L. In die illa inclinabitur homo ad factorem suum. et oculi eius ad sanctum Israhel respiciunt [1]) et non inclinabitur ad altaria quae fecerunt manus eius, et quae operati sunt digiti eius. non respiciet lucus [2]) et delubra.

G. *Haec dicit Dominus Deus Israhel. In die illa confidens erit homo ad creatorem suum. oculi autem eius ad sanctum Israhel aspicient. et non confidebunt* [3]) *in altariis* [4]) *neque in operibus manuum eorum. quæ fecerunt digit..... respicient arbores et abominationes eorum.*

L. In die illa erunt civitates fortitudinis eius derelictae sicut aratra. et segetes quae derelictae sunt a facie filiorum Israhel. et erit [5]) deserta, quia oblita es Dei salvatoris tui ...... iutori ..... non es recordata.

G. *In die illa erunt civitates tuæ derelictæ. quemadmodum reliquerunt Amorrei ... Ev ... facie filiorum Israhel; et erunt desertae. propter quod relicuisti Deum salvatorem tuum; et Domini Dei tui non es memoratus.*

L. ... ea plantabis plantationem fidelem. et ger..... seminabis. in die plantationis labrusca et mane semen tuum florebit. ablata est messis... in die hereditatis dolebit graviter.

G. *Propter hoc plantabis plantationem infidelem. semen infidelem* [6]). *In die autem qua plantaveris seducta eris. mane autem si seminaveris florebit ad messem ... die sortitus es, et quasi pater...is filiis tuis.*

L. XLVI. Væ multitudo ... populorum multorum. ut multitudo maris sonantis. et tumultus turbarum sicut sonitus aquarum inundantium et increpavit eum et fugiet procul. et rapietur sicut pulvis montium

a facie venti, et sicut turbo coram tempestate in tempore vespere. et ecce turbatio. in matutino et non subsistet.

G. *Væ multitudo gentium multarum ut maris conturbata. ita commoti eritis et dorsum gentium multarum. sicut aqua sonavit. sicut aqua multa gentes multæ sicut aqua multa vi currens expulerit eum. et foras eum eiciet. sicut pulvem* [7]) *palearum ventilantium ante faciem venti. et sicut pulvem rotae procella ducens. ad vesperum erit fletus ante manu* [8]) *et non erit.*

1) Ita codex.
2) Sic in codice.
3) Ita codex.
4) Iam alias hoc pro *altaribus* observavimus.
5) Sic codex.
6) Ita codex.
7) Sic in codice, ut et paulo post.
8) Ita in codice scribitur.

hæc est pars eorum qui vastaverunt nos. et sors diripientium nos. Vae terrae cymbalarum [1]) quae est trans flumina Ætiopiæ. qui mittit in mare legatos et in vasis papyris [2]) super aquas. Ite aggeli [3]) veloces ad gentem convulsam et dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius. gentem expectantem et conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius.

XLVII. Omnes 'abitatores orbis qui moramini in terra.

G. *Væ terræ cymbalarum.*

In grae. dicit. *Væ terræ navium ales ultra flumina Æthiopiae. qui mittit in mari legatos et epistolas biblinas super aquas. ambul.... enim aggeli leves super gentem alatam et extraneum populum et crudelem. quis eius insuper gens sine spe et conculcata. nunc flumina terræ omnia sicut terram in'abitata inabitavitur* [4]). *regio eorum quasi signum a monte elevabitur. sicut tubae vox audita erit.*

L. Omnes 'abitatores terræ orbis qui moramini in terra. cum elevatum fuerit signum in montibus videbitis. et clangorem tubae audietis .... a haec dicit Dominus ad me. quiescam et considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est. et sicut nubis [5]) roris in

die messis. ante messem enim totus effloruit et immatura perfectio germinavit. et..... tur ramusculi eius falcibus et quæ derelicta fuerint abscindentur et excutientur. et relinquentur simul avibus montium et bestiis terræ ... estate perpetua [6])...

G. *Propter quod sic dixit mihi Dominus. securitas erit in mea civitate. sicut lumen caloris meridiani* [7]) *et sicut nebula roris diei messis erit ante messem. quando completur flos. et uva acerba florevit* [8]) *flos acer... autem. et abstolentur* [9]) *...usculi parvi secis* [10])... *falcibus. et palmiculas abstulerit et concidet et relinquerit* [11]) *simul volatiliis* [12]) *cæli et bestiis terræ.*

1) Sic in codice.
2) Ita codex.
3) Graeco more ita codex scribit.
4) Sic codex pro *inhabitabitur*.
5) Sic in codice pro *nubes*.
6) Duo haec postrema verba extra lineam legimus.
7) Videtur prius scriptum fuisse *meridie*; postea vero emendatum esse.
8) Sic pro *florebit* scribitur.
9) Ita codex.
10) Hoc verbum lineola inferius signatur, quia forte expungendum.
11) Ita codex.
12) Sic in codice.

erunt super eum volucres et omnes bestiæ terræ super illam hemabunt [1]).

G. *Et congregabuntur super eos volatilia cæli. et omnes bestiae terræ super eum venient.*

L. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo divulso et dilacerato. a populo terribili post quem non fuit talius [2]). a gente expectante et conculcata. cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

G. *In tempore illo deferentur munera Domino Sabaoth a populo afflicto et dilaniato et a populo magno a nuno et usque in sempiternum. gens sperans et conculcata. quæ est in parte fluvii regionis eius; ad locum ubi nomen Domini Sabaoth mons Sion.*

Onus Aegypti.

Ecce Dominus ascendet super nubem levem et ingredietur Ægyptum. et movebuntur simulacra Ægypti a facie eius. et cor Ægypti

tabescet in medio eius. et concurrere faciam Egyptios adversum Ægyptio.. et pugnavit [3]) vir contra fratrem suum; et vir contra amicum suum. et civitas adversu.. civitatem. regnum adversus regnum.

G. *Et lex contra legem* [4]).

et disrumpetur spiritus ..gypti in visseribus [5]) eius. et consilium eius præcipitabo. et interrogabunt simulacra sua et divinos suos et Pythones et ariolos. et tradam Egyptum in manu hominorum [6]) crudelium.

1) Sic in codice scribitur.
2) Pro *alius* ita scribit codex.
3) Ita codex.
4) Haec, quae ex graeco sunt, legimus in margine adiecta ab eadem manu.
5) Sic codex pro *visceribus*.
6) Mendum hoc sic in codice scribitur *hominorum*; legendum autem est *dominorum*.

Codicis pag. 110. Cap. XIX, 4-12.

et rex fortis dominabitur eorum ait Dominus Deus exercituum. Et arescet aqua de mari.

G. *Et bibebunt* [1]) *aquam de mari.*

et fluvius desolabitur atque siccabitur. et deficient flumina. attenuabuntur et siccabuntur rivi aggerum. calamus et iuncus marcescet. nudabitur albeus [2]) rivi a fonte suo. et omnes sementes [3]) irrigua siccabitur. arescet. et non erit. et merebunt piscatores et lugebunt omnes mittentes in flumen amum [4]). et expandentes retes [5]) super faciem aquæ marcescent. confundentur qui operantur linum. pectentes et texentes subtilia. et erunt inrigua eius flaccentia. et omnes qui faciebant lacuuas ad capiendos pisces. stulti principes Taneos sapientes consiliarii Farao [6]). dederunt consilium insipiens.

G. *Et reges fortes dominabuntur* [7]) *eorum haec dicit Dominus Sabaoth. et bibebunt Ægyptii aquam quod* [8]) *iuxta est maris. fluvius autem deficiet et exsiccabitur. et deficient flumina et dioriges fluvii. id* [9]) *rivi. et exsiccabitur omnis congregatio aquarum. et in omni palude calami et papyri.* καὶ τὸ ἄχει τὸ χλωρὸν [10]) *omne quod in circuitu. et omne quod seminatur per fluvium exsiccabitur a vento corruptum. gemescent piscatores. et gemescent omnes qui ponent* [11]) *retia ad fluvium et qui ponent amum. et ... fibolis lugebunt. et con-*

*

fusio apprehendet operantes linum confisum[12]. *et qui operantur byssum et erunt texentes ea in dolore. et omnes qui faciunt zython contristabuntur, et animas d... ebunt. et fatui erunt principes Taneos... pii consiliarii regis. consilium eorum stultum factum erit.*

L. Quomodo dicetis Faraoni. filius sapientium ego. filius antiquorum... ubi sunt nunc sapientes tui. adnuntient tibi. et indicent quid cogitaverit Dominus exercituum super Aegyptum.

G. *Quomodo dicebitis*[13]) *regi, filii sapientium nos. filii regum antiquorum. ubi sunt nunc sapientes tui et annuntient tibi et dicent quid consiliatus est Dominus super Ægyptum.*

1) Sic in codice.
2) Ita in codice pro *alveus*.
3) Hoc pacto pro *omnis sementis* legimus.
4) Sic habet codex.
5) Ita codex.
6) Ita scribit codex.
7) Calligraphus primo scripsit *dominabitur*; postea emendavit *dominabuntur*.
8) Cum ὕδωρ in graeco neutrius sit generis, relativum *quod* in latino adiunctum est verbo *aquam*.
9) Compendium id certe heic pro *idest* posuit scriptor.
10) De his graecis verbis, quae latinis appicta sunt, nonnulla in Prolegomenis diximus. Cf. Hieronym. in Isaiam cap. XIX.
11) Sic codex.
12) Ita habet codex, forte pro *conscissum*.
13) Sic in codice.

Codicis pag. 109. Cap. XIX. 13-20.

Stulti facti sunt principes Taneos. emarcuerunt principes Menfeos. deceperunt Aegyptum angulum populorum eius.

G. *Defecerunt principes Taneos. et exaltati sunt principes Mempheos. et seducent Aegyptum secundum tribubus eius*[1]).

L. Dominus enim miscuit in medio eius spiritum vertiginis. et errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius et vomens. et non erit Aegypto opus quo faciat caput et caudam. incurvantem. et refrenantem.

G. *Dominus enim miscuit eis spiritum erroris. et seduxerunt Ægyptum in omnibus operibus eorum. sicut errat ibrius*[2]) *et vomens simul. et non erit Ægyptiis actio quæ facit caput et caudam, principium et finem.*

L. In die illa erit Aegyptus quasi mulieres et stupebunt et timebunt a facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse mo-

vebit super eam. et erit terra Iuda Aegypto in festivitatem. omnis qui illius fuerit recordatus pavebit a facie consilii Domini exercituum quod ipse cogitavit super eam.

G. *In die illa erunt Ægyptii sicut mulieres in timore et in tremore a facie manus Domini Sabaoth. quam ipse supponebit*[3]) *eis; et erit regio Iudeorum Ægyptiis in timore. omnis qui utique nominabit eam eis timebunt propter consilium quod consiliatus est Dominus super eam.*

L. In die illa erunt quinque civitates in terra Aegypti loquentes linguam Chanaan, et iurantes per Dominum exercituum. civitas Solis vocabitur una.

G. *Civitas Asedech*[4]).

In die illa erit altare Domino in terra[5]) Aegypti. et titulus iuxta terminum eius Domini; et erit in signum et in testimonium Domino exercituum in terra Aegypti. clamabunt enim a Domino a facie tribulationis; et mittet eis salvatorem et propugnatorem qui liberet eos.

1) Idem calligraphus scripserat *eorum*, quod emendavit.
2) Pro *ebrius* hoc pacto habet codex.
3) Ita in codice legitur.
4) Haec duo verba idem scriptor in margine apposuit.
5) Super verbum *terra* idem scripsit *medio tre* « medio terrae ».

Codicis pag. 50. Cap. XIX, 20-XX, 3.

[1]) G. *Et ... et ... s eis hominem qui salvos faciet eos. iudicans salvos faciet eos.*

L. Et cognoscetur Dominus ab Aegypto. cognoscent Egyptii Dominum in die illa. et colent eum in ostiis[2]) et in muneribus et vota vovebunt Domino et solvent. Et percutiet Dominus Egyptum plaga, et sanavit[3]) eum[4]). et revertentur ad Dominum et placabitur eis et sanavit[5]) eos.

LI. In die illa erit via de Egypto in Assyrios. et intravit[6]) Assyrius Egyptum et Egyptus[7]) in Assyrios. et servient Egyptii Assur. In illa die erit Israhel tertius[8]) Egypto[9]) et Assyrio benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum dicens. benedictus

populus meus Egypti. et opus manuum mearum Assyrius. 'ereditas [10]) autem mea Israhel.

G. *In die illa, erit Israhel tertius in Assyriis et in Ægyptiis. benedictus in terra quam benedixit Dominus Sabaoth dicens. benedictus populus meus qui* [11]) *in Egypto et in Assyriis. et 'ereditas mea Israhel.*

L. In anno quo ingressus est Thartan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum et pugnasset contra Azotum et cepisset eam. In tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filii Amos dicens. Vade et solve saccum de lumbis tuis; et calcidmenta [12]) tolle pedibus tuis; et fecit sic; vadens nudus et discalciatus. et dixit Dominus.

1) Hanc paginam exhibet specimen photographicum.
2) Sic in codice pro *hostiis.*
3) Ita codex.
4) Sic in codice legimus; alii habent *eam.*
5) Sic ut paulo ante codex habel.
6) Ita codex.
7) Alii legunt *Aegyptius.*
8) Hic deleta videmus, ut etiam ex specimine photographico cuique patet, elementa in a quae erant priora verborum *in Assyrios,* quaeque eodem in loco interpretato ex graeco inferius leguntur.
9) Alli habent *Aegyptio.*
10) Attende quo pacto elementum adspirationis *h* latinorum graeco modo exprimatur.
11) Graecorum more deficit verbum *est.*
12) Ita codex.

Codicis pag. 49. Cap. XX, 3-XXI, 3.

CXIIII. Dominus sicut fortis egredietur. sicut vir præliator suscitavit [1]) zelum. vociferabitur et clamavit [2]). super inimicos suos confortabitur. tacui semper silui patiens fui sicut pariens loquar.

G. *Dominus Deus virtutum egredietur. et conteret bellum. elevavit* [3]) *zelum. et clamavit* [4]) *super inimicos suos cum fortitudine.*

tacui a saeculo. numquid semper silebo et sustinebo? sustinui sicut parturiens.

L. Dissipabo et absorvebo [5]) simul. desertos faciam omnes montes et colles et omne gramen eorum exsiccabo. et ponam flumina in insulas et stagna arefaciam. educam cecos in via quam nesciunt, in semitis quas ignoraverant ambulare eos faciam. ponam tenebras coram eis in lucem, et prava in recta.

G. *Exterream et exsiccare faciam simul. et ponam flumina in insulas et stagna exsiccabo. et ducam cecos in via q... ignoraverunt. et semitibus quas nescierunt conculcare faciam eos. faciam eis tenebras in lumen. et prava in recta.*

L. Hæc verba feci eis et non dereliqui eos. ipsi autem conversi sunt retrorsum. confundantur confusione qui confidunt in sculptili. qui dicunt conflatili, vos dii nostri. surdi audite. et ceci intuemini ad videndum. quis cecus nisi servus meus. et surdus nisi ad quem nuntios meos misi? quis cecus nisi qui venundatus est? quis cecus nisi servus Domini? qui vides multa, non custodies. qui apertas habes aures nonne audies.

G. *Haec verba faciam et non relinquam eos. ipsi autem conversi sunt retrorsum. Confundimini confusione. qui confiditis in sculptiliis. qui dicunt conflatiliis. vos estis dii nostri. surdi audite, et ceci respicite videre. et quis cecus, nisi pueri mei? et surdi, nisi dominatores eorum. et ceci facti sunt servi Dei.*

1) Legendum *suscitabit.*
2) Ita codex pro *clamabit.*
3) Lege *elevabit.*
4) Sic pro *clamabit* iterum.
5) Codex sic habet pro *absorbebo.*

Codicis pag. 31. Cap. XLII, 21-XLIII, 3.

Vidistis multotiens et non observastis. apertae aures. et non audistis.

L. Et Dominus voluit ut sanctificaret eum et magnificaret legem et extolleret. ipse autem populus direptus et vastatus est. laqueus iuvenum omnes et in domibus carcerum absconditi sunt. facti sunt in rapinam. nec est qui eruat. in direptionem et non est qui di-

cat redde. quis est in vobis qui audiat hoc. adtendat et abscultet futura.

G. *Dominus Deus consiliavit ut iustificetur. et magnificet laudem. et aspexi et factus est populus in captivitate et in rapinam. Laqueus enim in cubiculis ubique et in domibus simul ubi occultaverunt eos. facti sunt in captivitate, et non fuit qui eriperet rapina, et non erat qui dicat redde. quis in vobis qui auribus percipiat hæc. audiet in ea quae futura sunt.*

L. Quis didit [1]) in direptionem Iacob et Israhel vastantibus. nonne Dominus ipse cui peccavimus. et noluerunt in viis eius ambulare. et non audierunt legem eius. et effudit super eum indignationem furoris sui et. forte bellum. et combussit eum in circuitu et non cognovit. et succendit eum et non intellexit.

G. *Quis dedit in direptionem Iacob, et Israhel captivantibus eum; nonne Deus? cui peccaverunt ei? et nolebant in viis eius ambulare. neque audire legis* [2]) *eius. et induxit super eos indignationem irae suae. et praevaluit sibi bellum. et qui conbusserant eos in circuitu. et non cognoverunt singulus eorum. neque posuerunt in mentem.*

L. Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, et formans te Israhel. noli timere. quia redemi te. et vocavi nomine tuo. meus es tu. cum transieris per aquas tecum ero. et flumina non operient te. cum ambulaveris in igne non conbureris, et flamma non ardevit [3]) in te quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israhel salvator tuus.

G. [4]) Et nunc haec dicit Dominus creans te Iacob et formans te Israhel.

In grae. *Qui fecit te Iacob et qui plasmavit te Israhel. noli timere quia redemi te. vocavi te nomen meum. meus es tu. et si transies per aquam tecum sum, et flumina non delebunt te. et si transieris per ignem non eris combustus. flamma non comburet te. quoniam ego Dominus Deus tuus sanctus Israhel salvans te.*

1) Sic pro *dedit* codex habet.

2) Iuxta graecam sintaxin post verbum ακουειν *audire* dicitur *legis* non *legem*.

3) Legendum *ardebit*.

4) Hic adest nota delenda G. *Graece*; et quaedam ex superioribus verbis iterantur ex versione hieronymiana.

L. Dedi propitiationem tuam Egyptum Ethiopiam et Saba pro te. ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus ego dilexi te. et dabo homines pro te. et populos pro anima tua. noli timere quoniam ego tecum sum.

G. *Feci tibi commutationem Egyptum et Ethiopiam et Syinin pro te, a quo onorabilis factus es coram me gloriosus. et ego te dilexi. et dabo homines multos pro te. et principes propter caput tuum. noli timere quoniam tecum sum.*

L. Ab oriente adducam semen tuum. et ab occidente congregabo te. dicam Aquiloni da, et Abstro [1]) noli prohibere adfer filios meos de longinquo. et filias meas ab extremis terrae; et omnem qui invocat nomen meum in gloriam meam creavi eum. et formavi eum et feci eum.

G. *Noli timere quoniam tecum sum. ab oriente adducam semen tuum. et ab oriente* [2]) *colligam te. dicam Aquiloni. duc. et Abstro. noli impedire. affer filios meos a terra longinqua. et filias meas a summo terrae. omnes qui supervocati sunt nomen meum. in gloria enim mea composui eum. et plasmavi et feci eum.*

L. Educ foras populum cecum et oculos 'abentem. surdum et aures eis sunt. omnes gentes congretatæ sunt simul et collectæ sunt tribus. q... in vobis adnuntiet istud. et quæ prima sunt, audire nos faciat. dent testes eorum et iustificentur. et audiant et dicant. vere. vos testes mei dicit Dominus. et servus meus quem elegi, ut sciatis et credatis michi et intellegatis quia ipse ego sum.

G. *Et eduxi populum cecum et oculi... similiter ceci. et surd... aures 'abentes. omnes gentes congregatae sunt ... et congregati erunt principes ex ipsis. quis nuntiavit hæc. aut ea quae ab initio sunt. quis nuntiavit vobis. dent te .... eorum et iustificent. et audient et dicent vera. estote mihi testes, et ego testis. dicit Dominus Deus et puer quem elegi ut sciatis et credatis et intelligatis* [3]) *quoniam ego sum. ante me non est factus alter et post me non est.*

1) Codex ita pro *Austro,* ut et inferius.
2) Mendum certe codicis est pro *occidente.*
3) Prius scriptum erat, ut alias saepe, *intellegatis*, sed ab eadem manu emendatum est.

*)…. non est formatus Deus. et post me non erit. ego sum. ego sum Deus. et non est absque me salvator. ego adnuntiavi et salvavi. auditum feci. et non fuit in vobis alienus. vos testes mei dicit Dominus. et ego Deus vester. et ab initio ego ipse, et non est qui de manu mea eruat. operabor, et quis avertet illud.

G. *A me non est factus alter Deus. et post me non erit. ego Deus et non est absque me salvans. nuntiavi et salvavi. et non fuit in vobis alienus. vos michi testes, et ego Dominus Deus adhuc a principio; et non est qui de manu mea eripiat. faciam, et quis avertet illud?*

L. Hæc dicit Dominus redemptor vester sanctus Israhel. propter vos emisi [1]) Babylonem. et destruxi vectes universos. et Chaldeos in navibus suis gloriantes. ego Dominus sanctus vester creans Israhel rex vester.

Grae. *Sic dicit Dominus qui redimet nos* [2]) *sanctus Israhel. propter vos mittam in Babylonem. et suscitabo omnes fugientes. et Chaldei in navibus ….. diti erunt. Ego Dominus Deus sanctus vester. qui ostendi Israhel regem vestrum.*

…VIII. [3]) Hæc dicit Dominus Deus qui dedit in mari viam. et aquis torrentibus semitam. que [4]) duxit quadrigam et equum. agmen et robustum simul obdormierunt nec resurgent. contriti sunt quasi linum et extincti sunt. ne memineritis priorum. et antiqua ne intueamini. ecce ego facio nova. et nunc orientur. utique cognosceris [5]) ea.

G. *Sic dicit Dominus qui dat viam in mare. et in aqua robusto viam. qui eduxit quadrigam et equum et turbam robustam. sed dormierunt et non resurgent. extincti sunt sicut linum extinctum. nolite memorare antiqua. et prima nolite cogitare. ecce faci… quae nunc orientur et scieritis ea.*

L. Ponam in deserto viam et in invio flumina. glorificavit me bestia agri. dracones et strutiones [6]). quia dedi in deserto aquas. flumina in invio ut darem potum populo meo et electo meo populum istum formavi michi. laudem meam narravit [7]).

*) In codice apparent extrema inferiora notae numeralis, …VII, ut opinamur CXVII.

1) Forte legi posset *amisi:*

2) Forte antea scriptum fuit *vos;* sed emendatum est.

3) Notae stichometricae, quae supersunt, si-

gna iuxta Thommasi notam CXVIIII repraesentant.

4) Sic in codice videmus scriptum.

5) Ita codex.

6) Ut alias, et heic sic codex habet.

7) Legendum est *narrabit.*

Codicis pag. 41. Cap. XLIII, 19–XLIV, 4.

G. *Et faciam in deserto viam et in inaquosa ... benedice...strutionum. quoniam dedi in deserto aquam. et fluvios in inaquosa po... ... acquisivi virtutes meas narrare* [1]).

L. Non me invocasti Iacob. nec ..... arietem olocausti tui et victimis tuis non glorificasti me. non te servire .... prohibui [2]) in ture. non emisisti [3]) michi argento calamum et adipe victimarum tu .... servire me fecisti in peccatis tuis. praebuisti .....orem in iniquitatibus tuis.

Grae.... *Laborare te feci Israhel. non michi oves olocausti tui. neque in sacrificiis tuis neque laborare te feci in Libano neque acquisisti michi arge.....rum tuarum desideravi. sed in peccatis tuis et in iniquitatibus tu ...st....*

.... riam. ut iud.... simul. narra si quid abes ut iustificeris. pater tuus peccavit primus et interprætes [4]) tui praevaricati sunt in me. et contamin... principes sanctos. dedi ad internecionem Iacob. et Israhel in blasfemiam.

G. *Ego sum ego sum ipse qui deleo peccata tua et non recordabor. tu autem recordare et iudicemur. dic tu iniquitates tuas primum. ut iustificeris. patres vestri primi et principes* [5]) *eorum inique egerunt in me. et contaminati fuerunt principes sancta mea. et dedi..r... disperdere Iacob et Israhel in opprobrium.*

L. CXX... [6]) Et nunc au... Iacob serve meus et Israhel quem elegi. hæc dicit Dominus faciens et formans te ab utero auxiliator tuus. noli timere serve meus Iacob. et rectissime quem elegi. effundam enim aquas super sitientem et fluenta super ...... d.. spiritum meum super semen tuum. et benedictionem meam super stirpem tuam. et germinabunt super 'erbas quasi salices iuxta praeterfluentes aquas.

G. *Nunc autem audi puer meus Iacob, et Israhel quem elegi. sic dicit Dominus Deus qui fecit te et qui plasmavit te a ventre*

adhuc au...tus eris. noli timere puer meus Iacob et dilectus Israhel quem elegi.

1) In margine siglae sunt Cημ, ω͞ρ, scilicet σημειον, ωραιον, quod alias animadvertimus.
2) Ita codex habet.
3) Sic scriptum est pro *emisti*.
4) In codice scribitur *interp̄tes*.
5) Heic apparet antea fuisse scriptum *vestri*, quod postea deletum voluerunt.
6) Legendum CXXII.

Codicis pag. 12. Cap. XLIV, 3-11.

....superponam spiritum meum super semen tuum. et benedictiones meas .... et quasi salices circa fluenta aquarum.

....Iacob et hic scribet manu sua. Domino. et in nomine Israhel adsimi.....

..... vocabitur in nomine Iacob. et alter superscribet. Dei ego sum. in nomi....

.... rex Israhel. et redemptor eius Dominus exercituum. ego primus, et ego novis....... vocet. adnuntiet et ordinem exponat michi ex quo constitui populum anti..... adnuntient eis..... timere neque conturbemini. ex tunc audire te feci, et...

G. *Sic dicit Dominus Deus rex Israhel ... Sabaoth Israel. ego primus et ego ....ent. nuntientur vo... nolite abscondi. non a principio audistis et nuntiavi vobis.*

L. Numquid est Deus asque [1]) me. et formator quem ego non noverim. plaste idoli omnes nichil sunt et amantissima eorum non proderunt eis. ipsi sunt testes eorum. quia non vident, neque intellegunt ut confundantur. quis formavit Deum et sculptile conflavit ad nichil utile. ecce omnes participes eius confundantur.

G. *Testes vos estis si est Deus praeter me. et non audierunt tunc qui plasmabant et sculptile faciebant. omnes vani sunt qui faciunt desideria eorum quae non prodebunt* [2]) *eos. sed confusi erunt omnes qui formant deum. et sculptile faciunt* [3]) *inutilia. et omnes unde fact..... exsiccati sunt et s.... ab hominibus.*

1) Sic in codice pro *absque* scribitur.
2) Ita codex habet.
3) Aliquid heic immutatum emendatumque est, quod distingui nequit.

L. Fabri enim sunt ex hominibus. convenient omnes. stabunt et pavebunt ..... faber ferrarius lima operatus in prunis et in malleis formavit illud, et ..... tudinis suae. esuriet et deficiet. et non bibet aquam.

G. *Surdi ab hominibus ... simul et stent simul confundentur, quoniam exaquere* [1]) *fecit faber ferrum ..... illud. operatus est illud in brachio virtutis suae. et esuriet. et infir..... et non bi....*

...Artifex lignarius extendit normam formavit illud in runcina fecit .... lar.....no tornavit illud. et fecit imaginem viri quasi spec.... cedros tulit ilicem et quercus quae steterat inter .... ta ....nibus in focum. sumpsit ex eis et calefactus est. et succendit et coxit panes. de reliquo autem operatus est deum et adoravit. fecit sculptile. et curvatus est ante illum [2]). medium eius combussit ignis et de medio eius carnes comedit.

G. *Elegit faber lignum. stare fecit illud in mensura. et in colla ordinavit illud. et fecit illud quasi formam hominis; et quasi pulchredinem* [3]) *hominis firmare illud in domu; quod incidit lignum a saltu quod plantavit Dominus. et pluvia crevit. ut sit hominibus in incendium. et accipiens de eo calefactus est. et accensi* [4]) *cocuerunt* [5]) *panes super his ... relicum* [6]) *autem fecerunt deos et adorant eos. cuius medium combussit igni. et cocuerunt panes super eis* [7]). *et super ei* [8]) *carnem coxit manducare et satiatus et calefactus dixit. suave est mihi quoniam calefactus sum et vidi ignem. relicum autem fecit deum sculptitum* [9]) *et adoravit illud. et orat ad eum dicens. eripe me quoniam deus meus es tu.*

L. Coxit pulmentum et saturatus est, et calefactus est. et dixit. Va [10]) calefactus sum vidi focum. relicum autem eius deum fecit sculptile sibi. curvatur ante illum. et obsecrat dicens. libera me quia deus meus es tu.

1) Codex sic habet pro *exacuere*.
2) Ita codex.
3) Sic legitur in codice.
4) Antea scriptum fuerat *accesi;* quod idem calligraphus emendavit.
5) Ita codex.
6) Sic in codice.
7) Prius *eos*, deinde *eis* scriptum est.
8) Ita codex.
9) Sic in codice legimus.
10) Ita codex habet.

.....obliti enim sunt ne videant oculi eorum. et ne intellegant corde suo. non recogitant.....que sentiunt ut dicant; medietatem eius combussit igne, et coxit super carbones eius....i. et de reliquo eius idolum faciam. ante truncum eius procedam [1]). pars eius cinis est. cor i... adoravit i... et non liberavit animam suam. neque dicet. forte mendacium est in dextera mea.

G. *Nescierunt sapere .... scurati sunt aspicere oculis eorum. et intelligere cor eorum. neque cogitaverunt anima eorum. neque scivit prudentiam. quoniam medium combussit igne, et coxit super prunas eius panes. et carnem coxit et manducavit. et relicuum eius abominationem .... et adoravit illud. scito quoniam cinis est cor eorum. et errant ; et nemo potest liberare animam suam. vidistis et non dic .... quoniam mendacium in dextera mea.*

L. Memento horum Iacob et Israhel. quoniam servus meus es tu. formavi te. servus meus es tu Israhel. ne obliviscaris mei. delebi [2]) ut nubem iniquitates tuas. et quasi nebulam peccata tua. revertere ad me. quoniam redemi te. laudate cæli. quoniam fecit Dominus. iubilate extrema terrae. resonate montes laudationem. saltus et omne lignum eius. quoniam redemit Dominus. Iacob. et Israhel glorificabitur.

G. *Memento horum Iacob et Israhel. quoniam servus mihi es tu. formavi te puerum meum. et tu noli ..... obliviscer... ecce enim delevi ut nub... iniquitates tuas. et ut nebulam peccata tua. revertere in me. et red..... te. letamini. quoniam misertus es Deus Israhel. iubilate fundamenta terrae. clamate montes letitiam. colles et omnia ligna quae in eis sunt. quoniam liberavit Deus Iacob. et Israhel glorificabitur.*

1) Ita codex habet pro *procidam*. 2) Legendum est *delevi*.

Codicis pag. 20. Cap. XLIV, 24-XLV, 4.

CXXIII. Haec dicit Dominus redemptor tuus. et formator tuus. ex utero. ego sum Dominus faciens omnia. extendens celos solus. stabiliens terram. et nullus mecum. irrita faciens signa divinorum. et

ariolos in furorem vertens. convertens sapientes retrorsum, et scientiam eorum stultam faciens. suscitans verbum servi sui. et consilium nuntiorum suorum complens. qui dico Ierusalem habitaveris [1]. et civitatibus Iuda. edificamini. et deserta eius suscitabo. qui dico profundo desolare, et flumina tua arefaciam. Qui dico Gyro [2]) pastor meus. et omnem voluntatem meam complebis. Qui dico 'Ierusalem edificaveris, et templo fundaveris.

G. *Sic dicit Dominus qui redimit te. et qui format te ex utero. ego Dominus complens omnia. extendi celum solus. et firmavi terram. Quis alter dissipavit signa pythonicis. et indivinationes a corde? convertens prudentes retrorsum; et consilium eorum stultum faciens. et stabiliens verba pueri sui. et consilium aggelorum* [3]) *suorum verum ostendens. qui dicit 'Ierusalem habitaveris. et civitatibus Iudeae edificabimini. et deserta suscitabuntur. sive or...untur. qui dicit abysso. desolaberis. et flumin.. tua exsiccabo. qui dico Cyro* [4]) *prudens esse. et omnes voluntates meas faciet. qui dico Ierusalem edificaveris et domum sanctum meum* [5]) *fundabo.*

L. Haec dicit Dominus Christo [6]) meo regi. cuius appraehendi dexteram ut subiiciam ante faciem eius gentes, et dorsa regum vertam et aperiam coram eo ianuas. et portae non claudentur. ego ante te ibo. et gloriosos terrae humiliabo. portas aereas conteram, et vectes ereos confringam. et dabo tibi thesauros absconditos et arch..na [7]) secretorum. ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum. Deus Israhel. propter servum meum Iacob, et Israhel electum meum. et vocavi te in nomine tuo. adsimilavi te. et non cognovisti me.

Grae. *Sic dicit Dominus Deus* XPO *meo Cyro. cuius appraehendi dexteram eius. obedient coram se gentes. et virtutem regum cons.. ..dam. aperire coram eius portas. et civitates non conclaudentur. ego ante faciem tuam ibo. et montes explanabo. portas aereas conteram. et vectes.*

1) Ita hic codex, et pariter in similibus verbis, quae sequuntur.

2) Sic codex habet.

3) Graeco more sic codex scribit.

4) Ita codex.

5) Sic in codice *scm meum.*

6) In margine, qui praecisus est, apparet littera *C* et extremitatem litterae *y;* erat ibi certe verbum *Cyro.*

7) Hoc pacto codex habet.

et vectes[1] *ereos confringam. et dabo tibi thesauros obscuros absconditos invisibiles aperiam tibi. ut scias quoniam ego Dominus Deus tuus. qui vocat nomen tuum Deus Israhel. propter Iacob puerum meum. et Israhel electo meo. ego vocabo te nomine meo; et accipiam te. tu autem non cognovisti me. quoniam ego Dominus Deus, et non est ultra praeter me Deus.*

L. Ego Dominus et non est amplius praeter me Deus. accinxi te; et non cognovisti me. ut sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidente. quoniam absque me non est. ego Dominus et non est alter. formans lucem et creans tenebras. faciens pacem et creans malum. ego Dominus faciens omnia hæc.

...Ego Dominus et non est amplius praeter me Deus. confortavi te. et non vidisti me. ut scient hi qui ab oriente solis et qui ab occidente quoniam non est ultra præter me. Ego Dominus Deus et non est ultra. ego qui formavi lucem et qui feci tenebras. faciens pacem et creans mala. ego Dominus Deus faciens hæc omnia.

L. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum. aperiatur terra et germinet salvatorem. et iustitia oriatur simul. ego Dominus creavi eum.

G. *Letetur celum desuper et nubes asper..ent iustitia. orire facia.. terra. et germinet misericordiam et iustitiam. orientur simul.*

INTER.[2] *Quomodo ros de celo et iustitia de terra possunt simul ori..... Huic*[3] *indicat* $\overline{\text{XPI}}$ *nativitatem qui quasi ros, Deus est. et ut homo sine peccato iustitia a terra vi...*[4] *Dei gennitrice*[5] *simul persona Deus et homo natus est.*

L. Vae qui contradicet fictori suo. testa de Samiis terrae. numquid dicit lutum figulo suo. quid facis. et opus tuus[6] absque manibus est. vae qui dicit patri. quid generas. et mulieri. quid parturis?

G. *Ego sum Dominus Deus qui creavi te. quale melior composui lutum figuli. numquid qui arat arabit terram totam diem? numquid dicet lutum figuli. quid facis? quoniam non operaris neque habes manus. qui dicit patri, quid generabis? et matri, quid parturis?*

1) Haec ex superiori pagina sunt.

2) Ista *interpretatio* ab eadem manu, sicut et aliae adnotationes, adiecta est.

3) Legendum *hic*, ut alibi vidimus.

4) Videtur legendum *viva*.

5) Illa ingeminatio pro *genitrice* a graeco γεννητρια orta certe est.

6) Ita codex pro *tuum*.

...[1])... in ab .... congregam ... u... Chal...
Audi m.. Iacob et Israhel q.... ram dextera mea firm...... quis eis nuntiavit haec talia. dili.....
...tus sum .... induxi eum .... et audite .... a principio

...ylone. fugiens a Chaldeis..... ad extremum terrae. dicite re...am de petra produxit eis. et scin....
...fugiens a Chaldeis voce letit.... remum terrae. dicite. redemit Dominus se..... cisa erat petra et fl... aqu...
Dominus ab utero vocavit me de ventre...........um acutum. in umbra manus suae prot.....

1) Haec duo postrema fragmenta veniunt ex parva lacinia vetusti codicis, quam reperiebamus adnexam ad calcem cuiusdam codicis Bibliothecae nostrae Cryptoferratensis. (Conf. Prolegg. §. X, et adnot. ad pag. 105 huius editionis). Monemus praeterea in his edendis varietatem characterum inter hieronymianum et eum qui ex graeco est textum, non observasse, quandoquidem, etsi in quibusdam verbis id facile fieri posset, in aliis tamen, quae reperimus, syllabis dissociatis certo definiri cuius essent versionis, nequiverat.



ADNOTATIONES

AD GRAECUM TEXTUM PROPHETARUM *)

Pag. 1, a, I, 1. Priora prophetiae verba, ut in Prolegomenis monuimus §. XVI. charactere erecto et purpureo scripta fuere ; quorum vix aliquot elementa supersunt, in quibus caetera supplenda sunt hac ratione; ΟΡασις ην ειδεν ΗΣΑΙΑΣ ΥΙΟΣ ΑΜΩς Ην ειΔΕΝ ΚΑΤΑ ΤΗς ιΟΥΔΑΙΑΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΙΛΗΜ ΕΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΟΖΙΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΘαΜ ΚΑΙ ΑΧΑΖ ΚΑΙ ΕΖΕκΙΟΥ ΟΙ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ ΤΗς ΙΟΥΔΑΙΑς.

Ibid. XIII, 2. Haec et duo, quae praecedunt lineae, charactero rotundiori minimeque inclinato descriptae sunt, et verbum postremum ΥΙΟC scribitur.

Ibid. b, XI, 3. In margine recentiori manu adiunctum est: ουκ εστιν εν αυτω ελοκληρια, de quo conf. Prolegg. §. XLIV.

Pag. 4, b, lin. ult. 4. Elementa extrema ΤΕΣ erecto charactere sunt exarata.

Pag. 5, b, I, 5. Titulus fere totus evanuit, sed accentus et spiritus atramento descripti conspiciuntur.

Ibid. XV, 6. Idem calligraphus scripsit αυτο, et superaddito ω emendavit αυτω.

Pag. 7, b, I, 7. Heic, ut alibi offendes; aliqua desiderantur ex corrosione membranae.

Pag. 9, a, IX, 8. Eadem manus emendavit ιματιον, cum antea scripsisset ιματιων.

Ibid. XI, 9. Quaedam interlinearia heic adiecta apparent, quorum vix aliquod incertum elementum graecum distingui potest ..τ..μ...

Ibid. XII, 10. Latina heic sunt quaedam verba interlinearia fere omnino deperdita ...*u.. tui est...ma...*

Pag. 13, a, VII, 11. Ab eadem manu αμπελον pro αμπελων emendatum est.

Pag. 14, a, XXI, 12. Interlinearia quaedam vestigia apparent: δεκα ζευγ αμπ.......

Ibidem b, I, 13. Hic est nota stichometrica XIIII. Cf. Prolegg. §. LXIV

Pag. 17, a, XIX, 14. Apposita hic est notula stichometrica XVII.

Ibid. b, VIII, 15. Eadem manus prius scripserat εκαλυπτον.

Pag. 18, a, VII, 16. In margine codicis legimus: Ιστεον ως μεχρι τουτο

(*) Nota numeralis prior indicat editionis nostrae pagellam, litterae *a*, *b* eiusdem pagellae primam alteramve columnam, sequens nota numeralis lineam columnae, postremus numerus seriem exhibet numeralium signorum, quae in editione sunt apposita. Cf. Prolegg. §. LXXI.

προηλθεν ωριγενει ο ἑβδομος των εις τον προφητην εξηγητικων τομος. *Sciendum quod hucusque progressus est Origenis tomus septimus Enarrationum in Prophetam.* Cf. Prolegg. §. XXXVI. Deinde in codice sequitur nota XVIII stichometriae.

Ibidem. IX. Ab eodem scriptore in margine ad verbum Σεραφιμ haec adiuncta est interpretatio unciali charactere: Σεραφιμ ερμηνευονται κατα την ελλαδα φωνην εμπιπρωντες ἡ εμπριστοι. *Seraphim in graeca lingua Inflammantes vel Inflammati interpretantur.* Confer Procopium Gazaeum in Isaiam, editum a Curterio an. 1580.

Ibidem b, XX, 17. In margine legimus haec ad ea, quae in textu sequuntur: Σημαινει δια τουτων την απελθουσαν πρωτην υπο ρωμαιων τω τοπω πολιορκειαν μετα τα κατα του σρς αυτοις τολμηθεντα. καθ' ην ιουδαιων πλεισται πολεις επι αυτοκρατορος ουεσπασιανου δηωθεισαι αφανεις παντελος κατεστησαν ως μηδε μνημη αυτων μηδε ονομα περιλειπεσθαι. Ο δη εσται γνωναι και απο της φλαυιου ιωσηπου ιουδαϊκης ιστοριας πλειστω . . . μνημονευουσης ιουδαικων πολεμων εξηνδραποδισμενων υπο ρωμαιων· κατα δε τους δηλωθεντας χρονους καθ' ους και οικοι πλειστοι οσοι αναιρεθεντων οικητορων προριζοι ηφανισθησαν. Per haec ostendit primam, quae ventura erat a Romanis Loci (sancti) obsidionem post ea quae ipsi (Iudaei) adversum Servatorem ausi sunt. In ea quamplurimae Iudaeorum civitates Vespasiano Imperatore vastatae penitus deletae sunt, ita ut earum neque nomen neque memoria superesset. Quod quidem agnoscere est et a Flavii Iosepi historia Iudaica; quae ..... plurium e Iudaicis bellis memoriam exhibet, (et) illorum, qui a Romanis in servitutem sunt adducti eo tempore, quando plurimae habitationes ... incolis interfectis, funditus sunt deletae. » Confer Procopium pag. 104. Ibidem haec sequitur adnotatio: Αντι δε του « και μετα ταυτα μακρυνει ο θς τους ανους » σαφεστερον εξεδωκεν ο συμμαχος ειπων « μακραν ποιησει ο θς τους ανους » Σημαινει ο λογος ἡν κατα τον αυτον χρονον υπεμειναν αιχμαλωσιαν το πληθος του ιουδαιων εθνους και τον διασκεδασμον ον διεσκεδασθησαν φευγοντες τας επικειμενας αυτοις συμφορας. Loco vero illius « *Et post haec elongabit Deus homines* » clarius reddidit Symmachus dicens «*Longe faciet Deus homines.*» Verba autem haec indicant captivitatem, quam eodem tempore passa est multitudo gentis Iudaeorum, et dispersionem qua dispersi sunt cum instantes aerumnas effugerent. » Fere ad verbum haec leges apud Procopium pag. 104. Denique et aliquot alia adnotationum verba in duobus extremis paginae lineis descripta fuere, ex quibus hae reliquiae supersunt.....ε..φ.... μακρυνθωσιν του τοπου· το τηνικαυτα πληθυνθησονται φησιν........ ετεροι οντες των προτερων: .... elongati fuerint a Loco (sancto) tum multiplicabuntur ait .... cum sint ... prioribus.» Cf. Procopium pag. 104.

Pag. 19, a, X, 18. Ad verba και παλιν εστιν εις προνομην haec adiuncta sunt in margine uncialia: Επληρουτο δε και αυτη η προφητεια κατα τους αδριανου χρονους· καθ' ους δευτεραν υπομειναντες ιουδαιοι πολιορκειαν εις τοσουτο κακων περιεστησαν ως τα με(ρη) ιερουσαλημ αυ(της) εις εσχατα ερημιας ελθειν· αυτοις δε νομοις

*

και διαταγμασιν αυτοκρατορικοις μηδ' εξ αποπτου την ερημιαν της αυτων μητροπολεως θεωρειν επιτρεπεσθαι. Haec etiam prophetia impleta est Hadriani temporibus; quando Iudaei secundam obsidionem passi in tantum devenere malorum, ut eiusdem Ierosolymae regiones ad extremam desolationem essent adductae, ipsis vero lege et mandato Imperatoris neque e speculis desolationem metropoleos suae conspicere liceret. » Cf. Procopium pag. 105.

Ibidem XXI, 19. In margine adiungitur: Αραμ η συρια εστιν. Aram Syria est. » Conf. Procopium pag. 109.

Ibidem. Ad verbum Φακες adnotatum legimus: ουτος της σαμαρειας ην βασιλευς· σαμαρια δε εστιν η νυν καλουμενη πολις σεβαστη. Hic erat rex Samariae; Samaria vero est, quae nunc civitas Augusta (Sebaste) appellatur. » Cf. Procopium pag. 108–109.

Ibidem b, III. Interpretatio adest ad verba οικον δαυιδ - ουτως εκαλουντο οι απο γενους δα̅δ παντες οι εκ διαδοχης αυτου αρχοντες τε και αρχομενοι. Sic appellabantur omnes ex genere David, qui ei fuere successores tum reges tum subditi. » Cf. Procopium pag. 108.

Ibidem X, 20. Ad verbum σαλευθη refertur notula uncialibus descripta litteris: αντι του εθορυβηθη κατα δε τον συμμαχον εκλονηθη: videlicet illud σαλευθη est loco illius εθορυβηθη *(turbata est), iuxta Symmachum vero* εκλονηθη *(excussa est).* Ad rem cl. Vercellone in Dissert. de codice nostro p. 16 animadvertit hanc notulam nonnihil praeseferre obscuritatis, praesertim cum nil hac de re in caeteris instrumentis biblicis appareat, et verbum θορυβέω apud LXX interpretes infrequens, saepe apud Symmachum occurrat; cum autem Aquila verbum κλονέω saepius usurpet. At vero si verba ut sonant accipienda sunt, mihi videtur scholiastes explanare voluisse significationem verbi σαλεύω hoc in loco. Heic enim agitur de arbore a vento commota, et cum verbum σαλευω a σαλος *commotio maris* proprius de mari dicatur, hinc scholiastes ait in textu usurpari σαλεύω pro θορυβέω, quod indicat *perturbationem.* Adiungit tamen hoc in loco Symmachum aptissime scripsisse εκλονηθη; nam κλονεω videtur ad res solidas commotas significandas bene usurpari. Qua in re praetereundum non est et apud Symmachum pro κινέω haberi κλονέω Iudic. IX, 13, ubi quoque de arboribus sermo est. Cf. Prolegg. §. xxxv.

Pag. 20, a, XXV, 21. Ad verbum Εφραιμ in margine legimus ουτως εκαλειτο το πληθος των ενεακημισυ φυλων του ισλ δια τον εξ εφραιμ αυτων βασιλευσαντα. Sic appellabatur multitudo tribuum novem et mediae Israhel, ex eo quod et Ephraem rex illarum fuerat. » Confer Procopium pag. 109.

Ibidem b, VII, 22. Iam in Prolegomenis §. xxxvi. diximus hic in margine haberi: ιστεον ως μεχρι τουτων προγενει προηλθεν ο ογδοος των εις τον προφητην εξηγητικων τομος. *Scire est hucusque processisse tomum octavum Explanationum Origenis in Prophetam.*

Eodem in loco apposita est nota latina stichometriae XXII.

Pag. 21, b, IV, 23. Ad verbum συριει haec adnotantur: Σημαινει δια

τουτων ὁ λογος αιγυπτιων ανδρων εφοδον, οὓς δια το λυθροις και αιμασι της (τοις) κατα την ακαθαρτον ειδωλολατρειαν χαιρειν, παραβαλλειν μυιαις. ὅτ φησιν, ἥξειν επι την ιουδαιων χωραν, ουκ ανευ θυ· νευματι δε αυτου του κυ διεγειροντος και ωσπερ συριγματι παρορμωντος αυτους, ηκειν απο της αιγυπτου· και ουκ απο πασης ταυτης αλλ' εκ μερους αυτης. *Per haec Scriptura indicat Aegyptiorum expeditionem – quos comparari muscis, eo quod immundo idolorum cultui intenti sanie et sanguine delectantur – ubi dicit venire super regionem Iudaeorum non sine Dei consilio - eiusdem autem Domini nutu, illos veluti sibilo excitantis ac cientis venire ab Aegypto; non vero ab universa hac regione, sed ab eius parte.* » Cf. Procopium pag. **119**.

Ibidem VIII, 24. Interpretatio haec adiungitur verbo μελισση:-Δυναμιν λεγει της (lege την) ασσυριων πολεμικην ην δια το πολεμικω κεντρω κεχρησθαι και των λοιπων εθνων τοτε κρατειν, μελισση ὁ λογος απεικασεν. *Bellicam Assyriorum virtutem indicat, quam Scriptura api comparavit, eo quod bellico utebantur aculeo, et tunc caeteris gentibus dominabantur.*» Cf. Procopium pag. **119–120**.

Sequitur et altera adnotatio ad versic. **19**. Πεπληρωται δε ταυτα κατα τους χρονους της πρωτης πολιορκειας της ιερουσαλημ της υπο βαβυλωνιων γερομενης· καθ' ους αιγυπτιοι μεν αι καλουμεναι μυιαι· οτε τουτον (lege τουτων) βασιλευς φαραω νεχαω ..πελθων ιουδαιων χωρα, τ.... ιωσιαν βασιλεα ...ρουσαλημ των ... φανων και θε... ανδρων ουδ.... υτε.... Ετ...............ας δη ως ... ς ασσυριους οικητορα ... τ... ιουδαιων χωρας κατεστησεν. *Haec autem impleta sunt tempore primae obsidionis, quae a Babyloniis facta est; quo tempore aderant quidem Aegyptii, qui muscae vocantur: quando illorum rex Pharao Nechao regionem Iudaeorum aggressus Iosiam regem Ierusalem ..... hominum .... Assyrios constituit habitatores regionis Iudaeorum*. Quae Procopius habet pag. **120**, nonnihil conferrent ad supplenda, quae in codice perierunt.

Ibid. XIX. Ad verba Εν τη ημερα κ. τ. λ. refertur adnotatio: Σημαινει δια τουτων της ασσυριων και χαλδαιων αρχη... καθαιρεσιν· παρετειναν μεν γαρ ασσυριοι κρατουντες τη..... αιγυπτου τε και λιβυης και των πλειστων μερων του παν.... χιλιοις που τριακοσιοις· διο φησιν – εν τη ημερα ε..... του βασιλεως ασσυριων ου την κεφαλην μονον τ.... (quae sequuntur in superiore margine sequentis paginae codicis legimus) οτε της οικουμενης εκρατ.... ασσυριοι αλλα και τας τριχας των ποδων δηλαδη το ανδρει...μ... και τον π..γ....τεστιν τον κατα φυσιν ανοις πρεποντα κοσμον. *His significat ... eversionem principatus Assyriorum et Chaldaeorum. Siquidem Assyrii imperii fines propagarunt super Aegyptum et Lybiam plurimasque regiones ... (per annos) mille et tercentos. Iccirco dicit* – In die illa radet Dominus, *non modo* caput.... *(ex Procopio pag. 120 adiunge* παλαι κομωσαν *olim coma superbum) quando orbi dominabantur Assyrii; sed et* pilos pedum; *idest virilem* ... et barbam, *quae a natura conveniens datum est viris ornamentum.*

Ibid. XXI, 25. Supra verbo ΜΕΜΕΘΥCΜΕΝΩ legimus minori chara-

ctere, fortasse saeculi XI, inter lineas μεμισθωμ$_{ζ}$.

Eodem autem in loco ad verbum praecedens ξυρω adnotatur charactere unciali: Ξυρον δε μεμεθυσμεν.... του κ̅υ̅ λεγει ετερον τι πολεμικον γενος δι' ου την πασαν βασιλειαν και δυναστει... ξυρ.. φ.. τον θ̅ν̅. *Novacula inebriata... Domini indicat aliam quamdam gentem bellicosam, per quam omne regnum et potentiam...... Deum.*

Pag. 22, *a*, *XIV*, 26. Minoribus graecis litteris et recentioribus caeteris in margine quaedam adiecta sunt, quorum nulla integra verba legere datum est.

Pag. 23, *a*, *I*, 27. Et hic etiam adnotatum aliquid minori charactere conspicimus, cuius has reliquias excerpere potuimus + Τι δε εστιν το υδωρ του σιλωαμ· ο επηγγελμενος....... υδατος ζωντος αλλομενου εις ζωην αιωνιον.... τι ειρητ.... λανθανοντως και ησυχως συνεπορευετο τω λαω + *Quid est aqua Siloam; qui praenuntiatus... aquae vivae salientis in vitam aeternam... quid... clam et placide confluit populo.*

Ibid. b. Legimus + Πεπληρωται δε ταυτα κατα την ιστοριαν επι των τοῦ Ιερεμιου του προφητου χρονων καθ' ων επιστας ναβουχοδονοσορ ο των ασσυριων βασιλευς... ας αυτους... ατωτευσεν + *Haec impleta sunt tempore Ieremiae prophetae, quando Nabuchodonosor rex Assyriorum .... castra posuit.* » Conf. Procopium. pag. 129.

Pag. 24, *b*, *XII*, 28. Quamquam illud τοτε in medio lineae sit post aliquid spatii vacui descriptum; in margine tamen adest signum –›– quod indicat sectionem incohandam, quod saepe in codice factum est. Animadversione quidem digna res est in vetustissimis codicibus, praesertim in Vaticano 1209, non semper initium a linea, sed aliquod spatium vacuum indicare sectiones.

Pag. 25, *b*, *XX*. In margine post signum ⸖ quod respondet verbo ποιει in textu, legimus unciali charactere scriptum ΠΙΕ.

Pag. 28, *in fine* 29. Post haec folium desideratur.

Pag. 30, *in fine* 30. Extremae litterae adiunctae huic pagellae erectiori forma descriptae sunt, ut et in Prolegomenis monere curavimus.

Pag. 31, *b*, *XXI*, *et seqq.* 31. Haec verba maioribus characteris formis expressa, in codice rubro colore et erecta forma sunt exarata.

Pag. 32, *a*, *in fine* 32. Idem calligraphus prius scripserat οπλωμαχω.

Ibidem b, *in fine* 33. Et heic folium deest.

Pag. 33, *a*, *X*, 34. Sic ποιμαινες pro ποιμενες in codice legimus.

Pag. 34, *b*, *XV*, 35. Et hic quoque, quin a linea textus exordiatur, vidimus signum –›– distinctionis.

Pag. 35, *a*, *XXI*, 36. Hoc in loco κατα iteratum erat ex errore; ideoque postea abrasum est.

Pag. 37, *a*, *in fine* 37. Verba aliquot hic fuerant purpureis descripta litteris.

Ibid. b, *XI*. Legendum est βοσκηθησονται.

Pag. 38, *a*, *V*, 38. Titulus miniatus excitari nequivit.

Ibidem XXII. Legendum est περιζωσασθαι, quod apud alios est περιζωσασθε.

Pag. 38, *b*, *II*, 39. Verbum ολολυζεται superimposito ε in postrema syl-

laba emendatum est ολολυζετε, quod a prima manu factum videtur.

Pag. 39, a, XXIV. Dividenda forte sunt verba επιτα δε.

Pag. 41, a, XIV, 40. Titulus purpureus evanuit: ubi legendum erat ΤΟ ΡΗΜΑ ΚΑΤΑ ΔΑΜΑΣΚΟΥ.

Ibid. b, V. Coniunge τα δε et lege ταδε.

Ibidem XIX. In codice legimus καταλειφθη.

Pag. 42, a, XIII, 41. Dividimus ουκ αψονται ut in Sixtina editione legitur; codex autem noster haud vetat, quominus quis dividat ου κοψονται.

Ibidem XV, 42. In margine adest signum –›– sectionis.

Ibidem b, XIII, 43. Nota stichometrica XLVI, quae textui latino marginis respondet, ad latus textus graeci heic adiuncta est.

Pag. 43, a, XXV. Lege κατοικουμενη.

Pag. 44, a, XIV, 44. Eadem videtur manus, quae inscripto ο voluit legendum ελπιζον pro ελπιζων, quod mendum erat.

Ibidem XXI, 45. Visionis titulus ΟΡΑΣΙΣ ΑΙΓΥΠΤΟΥ non apparet.

Pag. 45, a, IV. Coniungenda sunt Τα δε, et Ταδε legendum.

Ibidem b, XIX. Lege συμβουλοι.

Pag. 46, b, XIX, 46. Heic adest –›– signum distinctionis.

Pag. 47, a, XVII. Videtur calligraphus antea scripsisse ιασονται, ac deinde emendasse ιασεται.

Ibidem XXIII, 47. Hoc in loco tantum graeca nota stichometriae Ν *quinquaginta* calligraphus in margine apposuit. » Confer Prolegg. §. XLIV.

Ibidem b, XVI, et seqq. 48. Titulus purpureus evanuit, tantummodo spiritus et accentus atramento consignati superfuerunt. Hic iuxta Sixtinam editionem legendum erat: ΤΟΥ ΕΤΟΥΣ ΟΤΕ ΕΙΣΗΛΘΕ ΤΑΝΑΘΑΝ ΕΙΣ ΑΖΩΤΟΝ ΗΝΙΚΑ ΑΠΕΣΤΑΛΗ ΥΠΟ ΑΡΝΑ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΣΣΥΡΙΩΝ ΚΑΙ ΕΠΟΛΕΜΗΣΕ ΤΗΝ ΑΖΩΤΟΝ ΚΑΙ ΕΛΑΒΕΝ ΑΥΤΗΝ ΤΟΤΕ ΕΛΑΛΗΣΕ ΚΣ ΠΡΟΣ ΗΣΑΙΑΝ ΥΙΟΝ ΑΜΩΣ ΛΕΓΩΝ.

Pag. 48, b, XVI, 49. In hac linea visionis inscriptio minio exarata fuit. ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΕΡΗΜΟΥ.

Pag. 50. In ipsa fronte paginae *num. 50* animadvertimus nonnullas abrasiones profundiores hinc inde ad latus tituli ✠ ΗΣΑΙΑΣ ✠, quo in loco fortasse olim descriptus fuit purpureus titulus, qui in ipso initio contextus desideratur: ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΙΔΟΥΜΑΙΑΣ.

Ibid. b, I. Legendum est μισθωτου.

Ibid. IX, 51. Titulus ΤΟ ΡΗΜΑ ΤΗΣ ΦΑΡΑΓΓΟΣ ΣΙΩΝ evanuit.

Pag. 51, b, V, 52. Illud, quod apostrophon appellatur απ' ex errore ibi adiunctum est vel a primo amanuensi vel alia manu; fortasse erat apponendum extremo verbo sequentis lineae υδωρ'; quod nonnumquam in huiusmodi verbis observatum fuisse monuimus. Cf. Prolegg. §. XX.

Ibidem XXVI. Lege κλαυθμου.

Pag. 52, a, XIX, 53. Qui latinam circa Isaiam descripsit versionem hic adiunxit notam numeralem stichometriae νζ; scilicet sectionem quinquagesimam septimam.

Ibid. XXI, 54. Cum prius scripsis-

set *σωμναν*, eadem manus *σομναν* emendatum voluit.

Pag. 53, b, VIII, 55. Inscriptio ΤΟ ΡΗΜΑ ΤΥΡΟΥ olim miniata, non apparet.

Ibidem XVIII. Legendum est ..εταβολει, videlicet μεταβολοι.

Pag. 54, a, XXVIII. Emendandum est ενδοξων.

Ibidem b, V. Scribendum erat ..χονται pro χ..ονται.

Ibid. XI, 56. Latinus scriptor numeralem sectionis notam graece latineque adiecit LVIIII, νθ.

Ibidem XXIV. Legendum est υπο.

Pag. 55, b, XIII, 57. Uti alias vidimus, numeri appositi sunt LXI ..α nempe ξα.

Ibidem XXII. Lege και ο παις.

Pag. 56, a, XI, 58. In hac lineola videtur legendum επενθησεν (οι) υψηλ (οι) της γης quod mendum est.

Pag. 58, a, XXIV, 59. Haec littera initialis in codice quamquam sit caeteris initialibus minor; tamen maior est litteris totius textus; ideoque diversa forma exprimenda nobis fuit. Idem dicendum est de reliquis initialibus in versiculis canticorum. Cf. Prolegg. §. XVII.

Ibidem b, X, 60. Eadem prima manus videtur adiecisse in verbo πολει elementum ε, quod suprascripsit.

Ibidem XXII, 61. Hic est nota stichometrica latina LXIIII. et graeca ξδ.

Pag. 59, a, XV, 62. Superimpositas verbo και vidimus virgulas tres (,̇,) quibus sectionum quarumdam initium in codice nostro solet indicari. Conf. Prolegg. §. XXI.

Ibidem XX. Delendum est ε male iteratum.

Ibidem b, VII. Lege επεβαλεν.

Pag. 60, a, III. Eadem manus scripserat τευ, et deinde addidit ς, unde τευς legitur.

Ibidem XIII. Legi debet παρεσκευασμενη.

Ibidem XXI, 63. Nota numeralis latina LXVI visitur, quam et graeca ξς sequebatur, sed sub atramento secundae scriptionis codicis maxima ex parte sepulta est.

Pag. 61, a, XXV, 64. Adiuncta hic est nota numeralis LXVIII, ξη.

Ibidem XXVI. Illud Αλλα non erat interius retrahendum.

Ibidem b, V, 65. Illud ει eadem videtur manus prima adiunxisse superius eodem charactere unciali descriptum.

Ibidem XXVII, 66. Numerales notas legimus LXVIIII, ξθ.

Pag. 63, a, XXV. Legendum est ξηρανθηναι.

Ibidem XXVI, 67. Nota numeralis latina heic est LXXI; at vero graece descriptam videmus πα, quae est LXXXI, pro οα nempe LXXI.

Ibidem b, XXVI, 68. Et hic quoque latine est LXXII, graece vero πβ.

Pag. 64, a, XXVI, 69. Eadem manus scripserat αυτω, emendavit autem αυτο.

Ibidem b, XII, 70. Nota numeralis LXXIIII hic apparet.

Pag. 65, a, XXVIII, 71. Elementa priora notae numeralis LXX.... supersunt.

Pag. 66, b, XIII. Legendum heic est συντετμημενα.

Pag. 67, a, II, 72. Idem calligraphus scripserat σπιρει, ac postea addito ε in priori syllaba, legendum voluit σπειρει.

Ibidem VIII, 73. Stichometriae nota LXXVI hic est apposita.

Ibidem b, II, 74. Ad verbum ουαι signum ⁏ ab altera manu adiectum est, quod indicat sectionis divisionem.

Pag. 69, a, XII, 75. Secunda manus signa ⁏ distinctionis ad verbum και adiunxit.

Pag. 70, b, VII, 76. Eadem prima manus, quae scripsit αυτου. extremis litteris superimposuit ων; unde legendum esset αυτων.

Ibid. XXVIII, 77. Post haec folium desideratur.

Pag. 71, b, XVII, 78. Hic est nota stichometrica LXXV...

Pag. 73, a, X, 79. Idem calligraphus scripserat κυκλωθεν, et emendavit κυκλοθεν.

Ibidem XX. Legendum est εταμα..θη, videlicet εταμασθη.

Pag. 74, b, XXVIII, 80. Desunt nonnullae paginae in codice.

Pag. 75. In fronte pagellae numeros indices capitis emenda XXXIV.

Ibidem a, XIII, 81. Eadem videtur, manus, quae antea scripserat σιων πολις, postea minori littera superius adiunxit η, ita ut legendum esset σιων η πολις.

Ibidem XVI, 82. Principio scriptum fuerat ιηλ, scilicet ισραηλ; at videtur eadem manus postea scripsisse ιλημ, videlicet ιερουσαλημ.

Ibidem XVII. Legendum est σιστωσιν.

Ibidem b, XIX, 83. Stichometriae nota XCVI.

Ibidem XXVIII, 84. Idem calligraphus scripsit ακουσατο; deinde per obelum expuncto ο, et superaddito ω, emendavit ακουσατω.

Pag. 76, b, XXVII, 85. Hic καιομενη scribitur in codice.

Pag. 77, 86. In inscriptione paginae notandum est, numerum Iϛ in angulo codicis appositum, nempe quaternionis sexti ac decimi signum, corroso margine periisse.

Ibidem a, I, 87. Sic emendasse apparet prima manus, cum antea scripsisset σβεσθησονται.

Pag. 80, b, V, 88. Signum distinctionis –›– hic adest.

Pag. 81, a, XI. Legendum est μεγαλη ιουδ(αΐστι).

Pag. 82, b, VI, 89. Vel suboscure apparet ο ab antiqua manu extremae syllabae verbi ειπαν inscriptum, ita ut legendum sit ειπον.

Ibidem in fine 90. Folia duo media quaternionis desunt.

Pag. 83, a, XVII. Heic legendum est κλαυθμω.

Ibidem b, in fine 91. Hoc pacto quae non apparent in titulo cantici Ezechiae supplenda sunt ΠροΣΕΥΧΗ ΕΖΕΚΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΗΣ ΙΟΥδαιΑΣ ΗΝΙΚα εμαΛΑχιΣΘΗ ΚΑΙ ΑΝεστη εκ ΤΗΣ μΑλαχιας αυΤΟΥ.

Pag. 84, a, I, 92. Prioris lineae verba Εγω ειπα εν τω υ praeter Є speciosum (Confer Prolegg. §. xvii.), olim purpureo distincta colore evanuerunt.

Pag. 85, b, XIV, 93. Ex errore scriptum est κα. pro κ. scilicet και.

Pag. 86, in fine 94. Tria postrema litterarum elementa TIA, ut alias, erectiori describuntur charactere.

u

Pag. 87, in fine 95. Hic quoque postremum verbum ΓΗΝ eodem pacto describitur.

Pag. 90, b, X, 96. Prius scriptum est το, deinde superimposito ω voluerunt legi τω.

Pag. 91, a, VIII, 97. Hac ratione ειμη in codice scribitur; longe tamen melius ειμι legendum.

Ibidem in fine 98. Uti calligrapho mos est, extremum ΓΑΡ erectis describitur litteris.

Pag. 92, b, XIX, 99. Pro γνωσωμεθα voluerunt emendatum γνωσομεθα.

Pag. 95, a, V, 100. Nota stichometrica CXIIII hic est apposita; quae tamen, ut est in versione latina, responderet verbis: κ̅ε ο θ̅ς των δυναμεων. paulo inferius.

Pag. 96, a, XXII. A prima manu sic ος emendatum apparet, cum antea ως scriptum fuisset.

Ibidem b, II, 101. Ita emendatum videtur a prima manu; antea enim erat ημαρτωσαν.

Pag. 97, b, XVII, 102. In margine signum –›– distinctionis apparet.

Pag. 99, a, XXI, 103. Calligraphus scripsit . . . . ησω, postquam videtur scripsisse . . ησε.

Pag. 101, a, XVIII, 104. Signum distinctionis –›– hic adest.

Pag. 102, b, XXI, 105. Altera videtur manus voluisse scribendum θεμελεια superaddito ε postremo.

Pag. 103, b, IV, 106. Antea scriptum fuerat λεγειν, quod emendatum est.

Pag. 104 in fine 107. Plura hic desiderantur in palimpsesto.

Pag. 105, b, I, 108. Hoc et quod sequitur fragmentum, reperta sunt in lacinia adhaerente ad calcem codicis Bibliothecae nostrae A, α, VI, (Confer. Prolegg. §. X). Mirandum certe nobis erat reperiri hoc frustulum, quod indubie codicis nostri prophetici fuit, nullam passum abrasionem, quamquam male affectum sit; quapropter ex eo melius apparet, qui fuerit character atque color scriptionis in codice vetustissimo.

Pag. 109, b, in fine 109. Aliquot desiderantur.

Pag. 112, b, XXII, 110. Emendatum est φαγετε pro φαγεται.

Pag. 113, in fine 111. Post haec nil aliud ex Isaia reperire datum est.

Pag. 114, initio 112. Haec et duo, quae sequuntur pagellae, ex palimpsesto eiusdem codicis collocato in libro mss. Bibliothecae nostrae B. β. III. (Confer Prolegg. §. VI.) eruta sunt.

Pag. 115, in fine 113. Adeo abrasa fuit membrana, ut certus huius textus locus in fine paginae recognosci nequiverit.

Pag. 116, initio, 114. Quae in hac pagina legimus, etsi in editione vulgata latina ad Cap. LI, 15 et seqq. Ieremiae reperiantur, apud LXX vero Interpretes ad Cap. XXXVIII, 15 collocata sunt.

Ibidem in fine 115. Caetera desiderantur.

Pag. 117, a, I, 116. Haec pagina una illarum est, quae tertio descripta fuit; ideoque textus noster sub duplici sepultus scriptura eruendus fuit. Confer Prolegg. §. VII.

Ibidem XIV, 117. Videtur aliquid

inscriptum supra extremis elementis verbi παιδες, quod mendum est pro πεδαις.

Pag. 118, a, I, 118. Pagella haec tertio ad scriptionem usurpata est.

Ibidem b, XI, 119. Antea scriptum est (πη)χων; sed superaddito a vetustissima manu ε, legendum fuit (πη)χεων.

Pag. 119, a, I, 120. Pagina est tertio scripta.

Pag. 120, a, I, 121. Et haec quoque pagina ter exscripta est.

Ibidem b, in fine 122. Folia tria codicis desiderantur.

Pag. 121, a, I, 123. Tertio descripta fuit haec pagina.

Pag. 122, a, I, 124. Item hic habemus paginam erasam ad tertiam excipiendam scripturam.

Ibidem b, XXII, 125. Eadem manus scripsit γινωσκον, emendavitque γινωσκων.

Pag. 123-124, a, I, 126-127. Paginae ter descriptae.

Pag. 124, in fine 128. Hucusque ex Baruch reperta sunt.

Pag. 125, a, I, 129. Pagella tertio ad scriptionem accommodata est.

Ibidem VIII, 130. Heic olim, ut in sequentibus locis similibus factum est, purpureo colore graece descriptae fuerunt numerales notae hebraicae. Supple hoc in loco ΤΗΘ.

Ibidem XIX, 131. Supplendum ΙΩΔ

Ibidem b, II, 132. Suple ΚΑΦ.

Ibidem XIII, 133. Supple ΛΑΜΕΔ.

Ibidem XXIII, 134. Nulla interposita est linea ad excipiendum ΜΗΜ, quod tamen capere poterat spatium reliquum post verbum αυτου.

Pag. 126, a, I, 135. Pagina haec, ut praecedentes, tertio scripta est.

*

Ibidem X, 136. Supple ΝΟΥΝ.

Ibidem XXI, 137. Hic locus erat ΣΑΜΕΧ.

Ibidem b, VI, 138. Supple ΑΙΝ.

Ibidem XVI, 139. Supple ΦΗ.

Ibidem in fine 140. Folium antiqui codicis excidit.

Pag. 127, a, I, 141. Pagina tertio ad scriptionem usurpata.

Ibidem II, 142. Calligraphus cum scripsisset ιουδα ταπειν(ου)μενον, superaddito η in fine verbi, voluit legendum ταπεινουμενην.

Ibidem IV, 143. Supple ΟΥΑΥ.

Ibidem XVI, 144. Supple ΖΑΙΝ.

Ibidem XX, 145. Membrana heic perforata est.

Ibidem b, I, 146. Nullum apparet spatium ad excipiendum ΗΘ, quod fortasse collocatam fuit in eadem linea, ac titulum paginae habemus.

Ibidem XI, 147. Supple ΤΗΘ.

Ibidem XXII, 148. Non est linea interposita ad ΙΩΔ tantum capiendum.

Pag. 128, a, I, 149. Pagina τριγραπτος est haec.

Ibidem VII, 150. Nulla linea apparet ad excipiendum ΚΑΦ.

Ibidem XIX, 151. Supple ΛΑΜΕΔ.

Ibidem b, V, 152. Hic adiungendum erat ΜΗΜ.

Ibidem XV, 153. Supple ΝΟΥΝ.

Ibidem in fine 154. Hic explicit, quod ex Threnis Ieremiae reperimus.

Pag. 129, a, I, 155. Pagina, ut praecedentes, τριγραπτος.

Pag. 130, a, I, 156. Item pagina tertio descripta.

Ibidem XXIII, 157. Illud τω forte ex errore calligraphi iteratum est.

Ibidem in fine 158. Hucusque ex Epistola Ieremiae invenimus.

Pag. 131, a, I, 159. Pagina tertio descripta.

Ibidem b, XIV, 160. Vix aut ne vix quidem apparet super extrema diphthongo verbi επιγνωσεσθαι superimpositum ε ita, ut legendum sit επιγνωσεσθε.

Pag. 132, a, I, 161. Pagina ter descripta.

Ibidem b, XIII, 162. Alia manus emendavit γνωσεσθε pro γνωσεσθαι.

Ibidem in fine 163. Nonnulla desiderantur.

Pag. 133, a, I, 164. Pagina tertio descripta fuit.

Pag. 134, a, I, 165. Item tertio descripta pagina.

Pag. 135, a, I, 166. Pagina τριγραπτος, ut caeterae.

Pag. 136, a, I, 167. Etsi altera pagina antica tertio descripta fuerit; heic tamen nullum vidimus vestigium scriptionis secundae, nempe Paracletici.

Ibidem in fine 168. Desunt aliquot.

Pag. 137, a, I, 169. Pagina tertio descripta fuit.

Ibidem b, V, 170. Indicium vix apparet aliquando pro συ emendatum fuisse σοι.

Pag. 138, a, I, 171. Paginam τριγραπτον habemus.

Pag. 139, a, I, 172. Item pagina τριγραπτος.

Pag. 140, a, I, 173. Pagina et haec tertio descripta fuit.

Ibidem b, III, 174. Aliis placuit legendum τισεβησας, nos maluimus distinguere τις εβησας, cum de via sermo sit.

Ibidem in fine 175. Desunt aliqua.

Pag. 141, a, I, 176. Pagina ter descripta.

Ibidem in fine 177. Nonnulla desiderantur.

Pag. 142, a, I, 178. Pagina ter descripta.

Ibidem b, II, 179. Eadem manus videtur emendasse αναγγειλαι pro αναγγειλε.

Pag. 143, a, I, 180. Pagina tertio descripta.

Ibidem in fine 181. Desunt aliqua.

Pag. 145, in fine 182. Aliquot folia desiderantur.

Pag. 146, in fine 183. Et post haec quaedam non sunt reperta.

Pag. 148, in fine 184. Nonnulla postea desunt. In margine inferiori vestigia remanent verborum + ... συδει τι το υπερθυρον.

Pag. 149, in fine 185. Nonnulla desiderantur.

Pag. 154, in fine 186. Desunt folia aliquot.

Pag. 155, a, III, 187. Haec et tres, quae sequuntur lineae, characteribus grandioribus et erectioribus sunt descriptae.

Ibidem in fine 188. Desunt aliqua.

Pag. 157, in fine 189. Hic quoque aliqua desunt.

Pag. 158, a, I, 190. Lineae priores erectiori descriptae fuerunt olim charactere purpureoque colore; sed modo evanuerunt in pagina tertio descripta.

Ibidem b, XIX, 191. Pro τεσσα::: aliquando τεσσερες scriptum videtur.

Pag. 159, a, I, 192. Pagina tertio descripta.

Pag. 162, a, I, 193. Pagina videtur tertio descripta.

Ibidem b, XVII, 194. In spatio quod superest videntur vestigia quaedam maiorum characterum. Forte heic legebatur ΟΡΑΣΙΣ et consequens visionis nota numeralis; sed omnia valde obliterata sunt.

Pag. 164, a, I, 195. Pagina tertio descripta fuit.

Pag. 165, a, I, 196. Item tertio descripta est haec pagina.

Ibidem in fine 197. Desunt aliqua.

Pag. 166, a, I, 198. Et haec pagina τριγραπτος est.

Ibidem VII, 199. Pro ημαρτομεν posterius videtur mutatum ημαρτωμεν.

Ibidem XVI, 200. Forte αυτ.. expletum est per ου et per ω; alterum enim alteri superimpositum fuisse videtur.

Pag. 167, a, I, 201. Pagina τριγραπτος est.

Ibidem in fine 202. Desiderantur aliqua.

Pag. 169, b, I, 203. Initium historiae draconis et Beli.

Ibidem in fine 204. Reliqua Danielis desiderantur.

Pag. 170, a, I, 205. Hocce Oseae fragmentum venit ex codice Cryptoferratensi B, β, III, de quo diximus in Prolegomenis §. VI.

Pag. 171, a, I, 206. In palimpsesto praedicti codicis et hoc legimus Amos fragmentum.

Pag. 172, a, I, 207. In his duobus pagellis, quae sunt ex prophetia Sophoniae, accentus spiritusque frequentes occurrunt; sed a posteriori manu affixi sunt.

Ibidem b, I, 208. Scriptum fuit αναστεμα, emendatum vero αναστημα.

Pag. 173, a, VIII, 209. Pro εμμεσω altera manus scriptum voluit εν μεσω, quod saepe occurrit.

Ibidem X, 210. Eadem manus videtur pro ποιησει emendasse ποιηση.

Ibidem XV, 211. Videtur απαιτησει postea scriptum pro απετησει.

Ibidem XXVI, 212. Altera manus obelo transfixit primum elementum diphthongi in verbo εξελειπον.

Ibidem b, III, 213. Posterior scriptor pro φοβεισθαι emendavit φοβεισθε.

Ibidem XI, 214. Pro επιφυλις emendatum ita est.

Ibidem in fine 215. Reliqua Sophoniae desunt.

Pag. 174, a, XI, 216. Uti superius monuimus, altera manus scripsit εν μεσω.

Ibidem XV, 217. Prima manus scripsit σισω, altera σεισω.

Pag. 175, b, II, 218. Pro εμεισιτε scriptum est postea εμισειτε.

Ibidem in fine 219. Aggaei nil ulterius reperimus.

Pag. 176, a, III, 220. Pro διασκορπησαι, altera manus διασκορπισαι.

Ibidem b, II. Scriptum postea est εν μεσω pro εμμεσω; quod his in locis quatuor vicibus factum est.

Pag. 177, a, XXVII, 221. Altera manus scriptum voluit αιρετιει.

Ibidem b, IX, 222. Videtur ab alia manu scriptum ειστηκει.

Ibidem XVIII, 223. Pro ουχ postea emendatum est ουκ.

Ibidem XXIII, 224. Ut supra alia manus ειστηκει.

Ibidem in fine **225**. Nonnulla heic desunt.

Pag. 178, a, XI, **226**. Altera manus scripsit εωρακα.

Pag. 179, a, XX, **227**. Valde difficile erat videre quid sub secundo elemento primus calligraphus descripserat; nunc tamen κυλιονται legitur.

Ibidem b, I, **228**. Emendatum est πρωϊμον.

Ibidem XVII, **229**. Secunda manus scripsit ιασις; sed forte antea ιασεις scriptum fuerat.

Pag. 181, b, VI, **230**. Videtur a secunda manu emendatum ποιμενων.

Ibidem XV, **231**. Secunda manus legendum voluit ποιμαινετε.

Ibidem XX, **232**. In fine lineae signum aliquod apparet, quod forte habendum est pro λ; unde pro μετεμελοντο legendum esset μετεμελλοντο.

Ibidem XXI, **233**. Eadem prima manus cum scripsisset πολουντες, emendavit πωλουντες.

Ibidem XXVIII, **234**. Primo scriptum fuisse videtur φισομαι; sed ab eadem manu postea emendatum est.

Ibidem in fine **235**. Nonnulla post haec desiderantur.

Pag. 182, b, II, **236**. Verbi εμπε...ται, scilicet εμπεζεται, secundum ε obelo transfixum est, et superius altera ut videtur, manus diphthongum αι consignavit.

Pag. 184, a, XXVI, **237**. Altera manus scribendum voluit ..πολελειμ...; etenim alterum ε a recentiori manu fuisse adiectum praecipue atramenti varietas demonstrat.

Pag. 185, b, XIX, **238**. Item altera manus mutavit υπολειφ....

Pag. 187, a, IV, **239**. Eadem videtur manus, quae scripserat ψυχη, emendavitque ψυχος.

Pag. 188, b, XX, **240**. Idem scriptor pro αναβοσιν emendavit.

Pag. 189, b, VI, **241**. Videtur υ obelo deletum ita, ut legendum esset ληψονται.

Ibidem XIV, **242**. Quod restat spatii nonnullis ornamentis calamo descriptis videtur fuisse occupatum, et forte haec inter erat nomen prophetae Zachariae litteris altera alteri superimpositis exaratum.

Pag. 192, b, XXIV, **243**. Dividimus ουκ αλλος, non vero ου καλλος, ut aliqui habent libri; quoniam inter κ et α vestigium cuiusdam signi orthographici, quod apostrophon videtur, iam olim exaratum apparet.

Pag. 193, b, XI, **244**. Vix aut ne vix quidem apparet signum aliquod emendationis in verbo υμις quod in codice pro υμεις descriptum est.

SACRORUM BIBLIORUM

VETUSTISSIMA FRAGMENTA

GRAECA ET LATINA

EX PALIMPSESTIS CODICIBUS

BIBLIOTHECAE CRPYTOFERRATENSIS

ERUTA

PARS SECUNDA

Specimina codicum in palimpsesto
[illegible]

I

II

III

VETERIS LECTIONARII
EX PALIMPSESTO FRAGMENTA

Monitum.

Oecumenica Synodus Tridentina, cum de authentico vulgatae editionis textu dogmaticum pangeret Decretum (1), inter caetera haec apposuit verba; quod ii libri Sacrarum Litterarum, quos enumerat, cum omnibus suis partibus, *prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt*, pro sacris et canonicis haberentur. Unde patet quanta cura, quantoque studio amplectenda et expendenda sint ea monumenta, quae de huiusmodi usu vetustum praebeant testimonium (2). Iccirco nobis ex his, quae edimus veteris Lectionarii fragmentis occasione arrepta, id circa graecum SS. Scripturarum textum experiri valde opportunum videbatur. Ac sane quidem inquisitiones nostras tum ad edita, tum ad mss. exemplaria converteramus, quibusdam recensionibus adnotatis ac nonnullis, quae ad rem idonea iudicaveramus, excerptis. At vero cum res ipsa in manibus ultra, quam locus et vires patiebantur, succresceret, aliisque premeremur curis, re vel integra dilata, ad fragmenta nostra revertendum fuit. Quae quidem consilii nostri immutatio minime vetat, quin virorum eruditione et doctrina praestantium studia et inquisitiones ad rem maxime biblicis studiis profuturam revocemus.

Facile quisque novit quid sibi vult nomen ipsum *Lectionarium;* graece vero Ἀναγνώσματα *Lectiones*. In usu liturgico praesertim hoc nomine gaudet liber, qui lectiones complectitur praecipue ex Veteri Testamento depromptas, quae in nonnullis ἀκολουθίαις seu officiis, apud orientales legi solent (3).

(1) Sessio IV.

(2) Iure quidem merito Tischendorf inter praecipuos biblicos codices, quos ipse in orientalibus suis itineribus comparavit, veluti pretiosum thesaurum, uti revera est, vetus quoddam lectionarium recenset. *Prolegg. ad V. T. pag. LVIII.*

(3) Cf. Allatium - *De Libris Ecclesiasticis graecorum* apud Fabricium *Bibl. Graec. t. V.* *et* Toscani - *ad Typica Graec. Animadversiones* pag. 29. Cave, *Hist. Litt. Eccl. Dissert. II.*

Ad huiusmodi librum fragmenta quae sequuntur, pertinent; et quae in his apparent, sunt *Lectiones* recitandae in festivitate τοῦ Εὐαγγελισμοῦ seu *Annunciationis*, et in magno vesperarum officio Sabbati hebdomadae maioris. Una cum iisdem fragmentis in eodem codice alia latent folia praedicti Lectionarii, in quibus indicia deprehendimus lectionum festivitatis Ascensionis Domini, quam graeci Ἀνάληψιν, seu *Assumptionem* Domini appellant. Fragmenta autem nostra sive numerum respicias lectionum, sive sectiones et ordinem easdem exhibent lectiones, quae in aliis variarum aetatum libris sive manu exaratis, sive typis expressis visuntur, et in orientalibus ecclesiis legi consueverunt. Quae vero ex Scripturarum libris haec habent fragmenta, quaedam sunt ἀποσπασμάτια ex libris Geneseos, Exodi, Regnorum sive Regum III, Sophoniae, Isaiae, Ezechielis et Danielis; quorum locum in fronte paginarum indicavimus.

Liber iste maximo charactere (1) unciali descriptus fuit, et in duplicem columnam unaquaeque pagina divisa est: lineae autem una et viginti fere semper numerantur. Tituli lectionum adhuc minio decori apparent, et initiales litterae ornamentis insignes maiori calligraphi studio expressae visuntur. Aetatem vero huius scriptionis si quis cupiat definire intra fines octavi decimique saeculi uti sese contineat, ab ipsa palaeographia edocetur; characteres enim nostri codicis illis persimiles sunt, qui in codicibus illius aetatis exhibentur (2). Quin etiam haec litterarum forma quam proxime accedit ad characteres Slavonicos, quos Cyrillicos appellant; narrant enim saeculo IX ss. Cyrillum et Methodium Slavorum Apostolos una cum fide orthodoxa scriptionis modum ex graecis figuris depromptum inter suos discipulos induxisse.

Quando vero membranae istae, paucae quidem ex grandi codice, rursus erasae fuerint atque ad novum volumen aptatae, manifeste apparet ex mnemosyno scriptoris codicis, quem modo habemus. Codex enim iste *Psalticon* (3) inter liturgicos nostros nobilissimus habetur, consignatusque est in variis catalogis C. **29**, LXIV, et novissime Γ. γ. V; scriptorem habuit Sophronium in magno Monasterio S. Salvatoris civitatis Messanae an. Christi **1225**. Fere universus codex in palimpsesto occulit uncialium characterum graeca fragmenta, ex quibus haec tantum, quae ad rem biblicam pertinent eorumdem orthographicis mendis servatis, eruere contendimus.

(1) Vide specimen lithographicum num. I. pluribus in locis.

(2) Cf. Montfaucon, *Palaeograph. Grae.*

(3) Cf. Toscani - *Ad Typica Graec.* §. X.

αυτου . . . α . . .
κ . . μηθη εν
το . . . . . κει
. . . και ενυ
. . . θη ✠ και
. . . . κ . . . μ . .
. . . .
ε . . . η . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . ε
. . . .
. . . .
. . . .
θ . . . .
. . . .
. . . .

. . . .
. . . καθευδης
ε . . αυτ . . . . ο . .
. . . . ω . . υ . . . .
. . . . . τ . . . . .
. . . . . ο . . ✠ . . τ
. . . .
αυτ . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . αν κα . . π . .
ανατολας και
. . ευλογητη
σονται εν σοι
. . . . φυλαι τ . .
. . . .
. . . . ατι σου
. . . . γω με
τα σου διαφ . .

. . . .
οδω παση ου
αν πορ . . . θη . . .
Και αποστρεψε
σε εις την γην
ταυτην. οτι
ου μη σε εγκατ . .
λ . . πω εως του
ποιησε μοι πα . .
τα οσα ελαλη . . α
σοι ✠ και . . . η . .
θη ιακωβ εκ
του υπνου αυ
του και ειπεν ✠
οτι εστιν κ̅ς̅ . . ν
τω τοπω του
τω εγ . . δε ουκ ει
δ . . . ✠ και εφοβη
θην και . . . . ν
ως φοβερος ο το
πος ουτ . . . ουκ

. . . το . . . .
λ η οικος του
θ̅υ̅ και αυτη
η πηλη του
ο̅υ̅ν̅ου̅ B̅
ΠΡΟΦΗΤ' ΙΕΖΕΚΙΗΛ
Εσται απο της
ημερας της
ογδοης και επ . .
κεινα ✠ ποιη
σ . . . .
επι το θυσ . . .
ριον τα ολο . .
τ . . ματα υμ . . .
και τα του σ̅ρ̅ι̅ . . .
. . μ . . . .
π . . οσδε . . ομ . . .
μας λεγει κ̅ς̅ ✠ και
επεστρεψεν με
κατα την οδο . .
της πυλης των

. . . . . ΥΩΝ ΤΟΝ . . .
. . . . . Α ΚΑ . . . .
. . Ι ΕΙΣΗΛ . . ΕΝ ΙΠΠΟΣ
. . . ΡΑ . . . . . Α . . ΙΝ
ΚΑΙ ΑΝΑ . . . . . .
. . . . ΑΣ . . . Ν
. . ΕΠ . . . Α . . ΕΝ . . ΑΥΤΟΥ . .
. . . .
. . . .
. . . ΣΩ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣ . . .

ΠΡΟΦΗΤ' ΣΟΦΟΝΙΟΥ

Ταδε λεγει κ̅ς ✠
υπομηνον
με εις ημε . . .
. . ναστα . . . ω . .
μου εις μα . . τυ
ριον . . τ . . . . .
επιστρεψω ε . . .
λαους . . λω . . . ς
γενααιας αυτω . .
του επικαλισ
θαι παντας το
ονομα κ̅υ του

δουλευειν αυτ̃
υπο ζυγον αι
να εκ περατον
ποτομον αι
θειοπιας προσ
δεξομε . . . τους
ικετευοντας με.
. . τα τω . . . σπαρ
μενων οισουσι¯
θυ . . . . . . μοι ✠
. . ν . . . ημερα εκ . .
νη ου μη καται
σχυνθησεται
εκ παντων τω¯
επιτηδευματω¯
σου ων ησεβη
σας εις . . . ✠ κ . .
υπολημψομαι
εν σοι λαον πραο¯
και ταπηνον
και ευλαβηθη

σονται απο . . . υ
ονοματος κ . . .
οι καταλοιπ . . .
ιηλ και ο . . . οι
ησο . . . ν αδικ . .
αν κα . . . . . η
σου . . . ν . . α . . . .
κα . . . .
. . η εν τ . . . . .
τι α . . . . . ω . .
σα δολια ✠ . . . η
. . υ . . . ναιμει
. . . . . ησοντ . .
και ουκ εστιν
ο εκφοβων αυτου . . ✠
χαιρε σφοδρα θυ
γατερ . . . ν κη
. . υ . . . α . . . . .
. . . ημ ✠ ευφ . . .
νου και κατατερ
που εξ ολης της

καρδιης . . . . . .
γατερ . . . ημ ✠ πε
ριελεν . . . τα αδ . .
κηματα σου ✠ . .
λε . . . τρω . . . . σε
. . . ειρος εχ . . . .
. . . .
. . ς εμμεσ . . .
ουκ οψη κακα ου
καιτη

ΒΑΣΙΛΙΩΝ Γ

Εγενετο ρημα κυ
προς ηλιου λεγω-✠
αν . . . τη . . . κα . . .
. . ευ . . . ς σαραι
. . . . την σ . . .
. . ιας και κατ . . .
ει . . . .
. . . .
. . κι χ . . α του
διατρεφην σαι ✠
και ανεστει και

σου γαρ κληθησει . .
θαιλημα εμον
και τη γη σου οι
κουμενη ✠ οτι
ευδοκι κ̅ς̅ εν σοι:
και η γη σου . . .
νικ . . . θησαιται
και ω . . . .
νεα . . . . ος παρ
θενω ουτω κα
τ . . κησουσιν . . .
υιοι σου ✠ και εστ . .
ον τροπον ευφρ . . .
θησ . . ται νυ . .
φιος αιπη νυμ
φη ουτος ευφρ . .
θησεται κ̅ς̅ ε
πι . . . Ι̅
✢ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ✢
Ο θ̅ς̅ επ . . ραξεν
τον αβρααμ και
ειπεν . . . .
ΠΡΟΦ . . ΕΓΡΑΦΗ . . . . .
. . . .
✢ ΠΡΟΦΗΤ' ΗΣΑΪΟΥ ✢
Πνευμα . . . . .
. . . εμε ου ενε
. . . .
. . με ευ . . . .
λησασθαι πτω
. . οις απ . . σταλκ . .
με ια . . ασθε του . .
. . . υται . . . . μμε
νους τη καρδια ✠
κηρυ . . αι εχμαλω
. . οι . . αφεσιν ✠ . . .
τυφλοις ανα . . λε
ψιν ✠ καλεσε ενι
αυτον κ̅υ̅ δαικτο-✠
και ημαιραν α

. . . μ . . τ . . . . .
. . . . ως νυμ . . .
. . . . κοσμησ . .
. . . . . . μω
. . . . αυ . . . υ
. . . .
. . . .
. . . .
. . . ✠ ουτω . .
. . . ατ . . . . .
. . αιοσυνην κ͂
αγα . . . . . αν
τιων παντων
των εθνων
δια γαρ σιων . .
σιω . . ησωμε . .
δια ιλ͞ημ ουκ α
ν . . σω εως αν αι
ξελθη ως φως
η δικαιοσοινη

και το σ͞ρ . . . μου
. . . . . λαμπας
. . . . ησαιται ✠
και ω . . . τ . .
εθνη την δηκ͂
. . . . ηνην σου
. . αι π . . . . ς ε
. . . . ξα⁻
. . . . α . . καλεσει
. . ν . . μα σου το
. . α . . ν . . ν . . ο κ͞ς ο
νομασεν . . . τω ✠
. . . . φα
. . . . εν
. . . . και
. . . μ . . . . . .
. . . . . λε . . .
μαι . . . . γη
σου ου . . . τι κλη
θησεται εριμος ✠

. . . . θυμω και	μως ινα ως α . .
. . . ειπεν α . .	ακουσητε τη . .
. . . . ν τον . . ε . . .	φωνη . . . . αλ
μ . . . α . . αι α . . .	πι . . . . συριγγος
. . . ω ✠ . . αι ηχ . . .	τε και κιθαρ . . .
. . . . ω . .	σαμβυκης ται
. . . . α . .	και ψαλτηριο . .
λεω	και συμφωνι
. . . ✠	ας και παντος γε
. . ριθη ναβ . . .	νους μουσικω‾
δονοσωρ . . .	πεσοντες πρ . .
πεν αυτοι . . ✠	κυνητε τη . . .
Αληθω	κονι ην εποιησα ✠
μι	Εαν δε μη προσ
γω	κυνησητε αυ
. . . .	τη τη ωρα εμ
ετ . . και τη ει	βληθησεσθαι ει . .
κον . . τη χρ . . .	την καμινο . .
η εστησα ου . . .	του πυρος την
κ . . νηται ν . . .	καιομενη . .
ουν ει εχεται ετοι	και τις εστιν

εξελου ημας
κατα τα θαυ . . .
σια σου· και δος
δοξαν τω . . νο . . .
τι σου κε ✠ και
εντραπ . . . σαν
παντες οι . . .
κνυμενοι τοις
δουλοις σου κα
κα. και καταισ
χυνθησαν
απο πασης δυ
ναστιας και
η ισχυς . . των
συντρ . . . . .
και γνωτ . . .
οτι συ η κς ο θς
μονος και . . .
δοξος εφ ολην
την οικουμε
νην ✠ και ου

δηελειπον οι
εμβαλλοντ . . ς αυ
το . . . . πηρε
ται του βασιλε
ως καιοντ . . .
την καμηνο . .
αφθαν και π . .
σαν και στυπ
πιον και . . . .
. . . τ . . α ✠ και
. . . . το η φλο . .
. . . . τηι . .
καμ . . . ου επι
πιχυς τεσσαρα
κοντα εννεα
και διοδευσεν
και ενεπυρ . .
σεν ους ευρεν
περι την κα
μηνον των
χαλδαιων ✠

EVANGELIORUM

EX PALIMPSESTO FRAGMENTA

Monitum.

Inter praecipuos codices, qui ad sacram pertinent liturgiam, liber Evangeliorum iure meritoque recensetur. Quum autem evangelicae lectiones iuxta hebdomadas diesque essent in Ecclesia distributae, ecclesiastici viri huius distributionis indicem confecere, eumque libris Evangeliorum attexuerunt; et ut melius hominum ministerio liturgico addictorum commoditati consuleretur, in eorumdem librorum margine indicia dierum (1), quibus singulae lectiones recitari deberent, minio plerumque consignata apposuere. Quod quidem cuique sacra graecorum volumina vestiganti passim occurrit. At vero ut rei sacrae magis atque magis usui dignitatique prospiceretur, libri aliquot ita constructi sunt, ut lectiones evangelicae ordine tantummodo liturgico fuerint dispositae (2). Huiusmodi liturgici codices appellabantur vel tantum *Ευαγγελια*, vel *Ευαγγελια εκλογαδια* et corrupte *Ευαγγελιον εκλογαδιν*, vel etiam *Ευαγγελισταριον* aut *Ευαγγελαριον* (3). Plura horum librorum vetusta exemplaria adhuc in bibliothecis asservantur; et etiam typis adamussim pluries sunt ad usum liturgicum expressa (4).

Quantae vero auctoritatis praesertim in critica biblica haec *ευαγγελιαρια* sint habenda Stephani Morcelli verbis iuvat declarare (5). « Huiusmodi codices, qui

(1) Inter exempla huiusce rei innumera vetustissimum liceat innuere, quod est in codice palimpsesto a Tischendorf edito - *Codex Ephraemi Syri rescriptus.*

(2) Leo Allatius - *De Libris Ecclesiasticis Graecorum*, §. III.

(3) Cf. Montfaucon, *Palaeographia Graeca.* Assemanni, *Kalendaria Ecclesiae universae* tom. VI. pag. 563. Cave, *Histor. Litterar. Ecclesiastic.* t. II. Dissert. II. Toscani, *Ad Typica graec. animadversiones* pagg. 39, 41, ubi de illustri codice « Εκλογαδιον Cryptoferratense » sermo est.

(4) Cf. veteres editiones venetas Θειον και ιερον ευαγγελιον ann. 1599, 1614. Apud Allatium commemorantur etiam editiones annor. 1624, 1645, quibus et aliae accessere praesertim Venetae et Romanae.

(5) Kalend. C. P. tom. II. Παρεργον *studiosis sacrorum librorum* §. II.

*

vetustatem pertulerunt quanti ab iis faciendi sint, qui germanum divinorum librorum contextum indagare atque adsequi volunt, auctoritas eorum ususque perdocet; neque enim codicum privatorum instar erant, qui in cuiusque Bibliothecis adservati, haereticorum fraude saepe vitiati sunt (*v. German. de haeret. sacr. Codd. corrupt. c. 6, 8, 13*): verum eos Ecclesia custodiebat, proponebatque, ut coram Episcopis et Clero et populo legerentur, quae item, quum in publicis conventibus quotannis, ac saepius quaedam eodem anno, plurimi audirent, vix credibile est, si quid a contextu divinorum librorum discreparet, id auditorum omnium auribus iudicioque inobservatum, in scripto mansisse mendosum. »

Ad huiuscemodi codices spectat vetustus liber uncialium characterum, cuius quasdam pagellas ex palimpsesto erutas heic adiungimus. Codex autem, in quo nunc fragmenta praedicta nacti sumus, est quoddam Lectionarium Quadragesimale, ubi super veteri scriptura unciali descriptae sunt charactere saeculi circ. XII. lectiones ex Genesi, Exodo, Proverbiis, Iob, Isaia, Ezechieli etc. quae sacris diebus ieiunii maioris legi consuevere. Iste codex vetustas Syllab. notas habet CV. et C. 5, nunc autem in novo Catalogo mss. est A. δ'. vii. Plura eiusdem folia habere palimpsestum Evangeliorum deprehendimus, ex quibus aliquot excerpere speciminis gratia opportunum iudicavimus.

Etsi paucula, tamen etiam ex his pauculis reliquiis facile colligi potest vetus Evangeliarium primo loco habuisse lectiones dierum et solemnitatum, quas apud latinos *festa mobilia* appellant, et Morcelli classicorum scriptorum fretus auctoritate *festa conceptiva* voluit appellandas. Harum princeps Pascha seu Dominicae Resurrectionis festus dies in his libris semper sese offert, et Sabbatum Magnum, seu hebdomadae maioris, ordinem claudit. Sequebantur deinde festa, quae certis cuiusque mensis diebus quotannis servabantur; quaeque iuxta sacrum graecorum vocabulum Μηνολόγιον efformabant; id autem apud latinos Kalendarium solet appellari. Ambo has praecipuas Evangeliarii partes ita esse dispositas in his nostris fragmentis apertissime patet, cum una pagina, quae finem Evangelii Sabbati Magni complectitur, eadem initium Menologii praeseferat. Menologium autem a die prima mensis Septembris, seu indictione novi anni semper exorditur.

Lineae paginarum non in columnas dispescuntur, sed totam occupant pagellae faciem, ut ex ipso specimine videre est. In unaquaque pagina plus minus

septem et viginti lineae numerantur. Character uncialis est; cuius vero magnitudinis sit et figurae, propositum oculis exemplar apertissime manifestat (1). Compendia huius scripturae, saepe et in aliis eiusmodi libris apparent; at vero signa aliquot peculiaria vidimus in his fragmentis, nempe cruces, puncta modo singularia, modo duplicia et triplicia, vel in ordine supra verba, vel in fine verborum alterum alteri superimpositum. Quibusdam vero in locis modo superne, modo inferius in ipso verborum initio vel in fine sunt consignata. Haec autem non ad orthographiam, sed ad cantum spectant lectionum; et persimilia sunt iis, quae apparent in specimine Evangeliarii apud Morcelli (2) delineato, et in aliis huiusmodi monumentis.

Morcellianus (seu Albanus) iste codex ex ipsa descriptione editoris non modo multa, sed omnia videtur cum nostro habere persimilia. Quamquam enim inde Morcelli eruerit ex Menologio (3) Kalendarium Constantinopolitanum; tamen revera est Evangeliarium εκλογαδιον, et non modo in genere libri, dispositione rerum et usu signorum cum nostris fragmentis maxima gaudet affinitate; verum etiam in ipsa scriptionis forma: ni tamen, si specimini Morcelliano integra fides habenda sit, fragmenta nostra, quae accuratiori ratione et erectiori forma sunt descripta, etiam aliquantulo vetustiora viderentur existimanda.

Idem Morcelli sui codicis aetatem ad saeculum VIII statuit; proptereaque saltem eadem vetustas his fragmentis esset adiudicanda; idque eo magis, quod ex aliis palaeographicis exemplaribus deprehendimus multa ad eamdem aetatem relata monumenta eamdem characterum uncialium formam praeseferre; cuius rei praeter alia etiam apud accuratissimum Tischendorf aliquod habemus exemplum (4). Nos autem et in iis cimeliis nostris, ut par est, veritatis non vetustatis studiosi ex ipsis initialibus litteris, quae in nostris conspeximus fragmentis, et similes etiam in Morcelliano specimine, utriusque monumenti aetatem ad aliquod posterius saeculum retrahendam esse nobis persuadebamus. Litterae enim illae multo elaborato artificio, variis infectae coloribus, rudique expressae forma ad octavum saeculum pertinere nobis minime visum est. Si quaedam vero certa aetas pro nostro et Morcelliano codice foret a nobis definienda, eos-

(1) Vide specimen lithographicum II.

(2) Op. cit. t. I. pag. 12.

(3) Melius quam latine *Kalendarium C. P.* idem Morcelli apposuit titulum graece Μηνολογιον των ευαγγελιων εορταστικον (forte legendum εορταστικων) nempe *Menologium Evangeliorum festorum*.

(4) *Monum. sacr. ined.* vol. V.pag. 15.

dem circa saeculum X. descriptos fuisse opinaremur. Nec mirum esset tunc eo charactere unciali usos fuisse calligraphos, iam enim idem Morcelli (1) cum Montfaucon (2) apertissime declaravit in codicibus liturgicis exscribendis usum istiusmodi tenacius et diligentius fuisse observatum. Quamquam vero aetatem minus vetustam his codicibus tribuimus, eorumdem tamen auctoritas semper veneranda apud criticos viros manet; praesertim ex iis, quas nuper Morcelli verbis declaravimus, animadversionibus.

In istis autem, quas ex palimpsesto eruimus, pagellis habes lectiones certorum dierum ex libris Matthaei, Lucae et Iohannis excerptas. Quatuor priores paginae exhibent Evangelia, quae in postremis maioris hebdomadae diebus leguntur; quinta autem partim finem Evangelii Sabbati Maioris, partim vero initium Menologii complectitur. In Menologio ad diem I. mensis Septembris legimus: « Initium Indictionis seu novi anni, et memoriam S. Symeonis Stylitae » quod passim in aliis huiusmodi libris videre est. Denique in extrema pagina, quam exhibemus, vides ex iis quae supersunt elementis indicari memoriam S. Iohannis Ieiunatoris Archiepiscopi Constantinopolitani, et S. Mamantis Martyris. De Iohannis huius sanctitate diu multumque disputatum est; at vero cum responsa eiusdem cultum comprobantia de Roma venerint, caussa certe finita dicenda est (3).

En novum ad lucem protractum biblicum instrumentum, quod haud levem sibi vindicat auctoritatem; cuius saltem notitia eruditis ac biblicarum rerum studiosis viris haud ingratam fore arbitramur.

(1) Op. cit. pag. 9.

(2) *Palaeograph. graec.* lib. III. cap. 8.

(3) Cf. Morcelli op. cit. in Comment. ad diem II. Septembris. Et apud Blanchinium - *Evang. Quadrupl.* t. I. fol. DXXXVII. Philippus noster Vitali monachus in descriptione veteris codicis haec animadvertit. « Et hic notandum hunc diligentissimum palaeographum in marginibus adnotasse nomina sanctorum, in quorum honorem leguntur in Liturgiis seu Missis lectiones Epistolarum. Pag. itaque 206 (Codicis Vallicelliani B. 86.) in margine laterali legitur *του αγιου Ιωαννου του νηστευτου S. Io. Nesteviae* seu *Ieiunatoris*, et paulo post *του αγιου Αθανασιου S. Athanasii*. De S. Io. Ieiunatore etsi venerabilis et doctissimus vir Baronius aliter sentiat ad an. 595, nihilominus proposita controversia in S. Congregatione Rituum Orientalium cuius et ego Consultor a sanct. memor. Clem. XII. P. O. M. deputatus, fuit unanimiter resolutum, attentis validis firmisque rationibus tunc adductis, permittendam esse commemorationem S. Ioannis Ieiunatoris, ut ex Actis eiusdem Congregationis apparet. »

...κρος και ου θεωρειτε με. και παλιν μικρ...
.....οψεσθε με οτι υπαγω προς τον πρα ✠
Ειπον ουν εκ των μαθητων αυτου προς αλλ..
λους ✠ τι εστιν τουτο. ο λεγει ημιν· μηκρον και
ου θε...ιτε με· και παλιν μικρον και οψεσθε με
και οτι υπαγω προς τον πρα ✠ ελεγον ουν ✠ του
το τι εστιν ο λεγει το μικρον· ουκ οιδαμεν τι
λαλει ✠ εγνω ουν ο ις. οτι ηθελον αυτον ερωτα-
και ειπεν αυτοις ✠; περι τουτου ζητειτε με...
..λων οτι ειπον; μικρον και ου θεωρειτε
με και παλιν μικρον και οψεσθε με; αμην α
μην λεγω υμιν ✠ οτι κλαυσεται. και θρινησε
ται υμεις...κοσμος χαρισετε· υμεις δε λυπη
θησεσθε ✠ αλλ η λυπη υμων εις χαρᾶν γενησεται
Η γυνη οταν τικτη· λύπην εχει· οτι ηλθεν η ώ
ρα αυτης ✠ οταν δε γεννησει το παιδιον· οὐκετι
μνημονευει της θληψεως· δια την χαρὰν ὁ
τι εγεννηθη ανος εις τον κοσμον ✠ και υμεις ου-
λυπην μεν νυν εχετε· παλιν δε οψομε υμας:
και χαρησετε υμων η καρδια ✠ και την χαραν
υμων· ουδεις αιρει αφ υμων ✠ και εν εκ..νη τη
ἡμέρα εμε ουκ ερωτησεται ουδεν ✠ αμην αμην
λεγω υμῖν ✠ οτι ὅσα ἂν ἀιτησε..τε τον πρα ἐν τῷ
ὀνοματι μου· δωση υμιν ✠ ἕως αρτι· ουκ ητησα
τε οὐδὲν εν τω ονοματι μου ✠ αιτεῖτε και ληψεσ
θαι· ἱνα η χαρα υμῶν η πεπληρο̃μενη ✠ ταυτα
εν παροιμοιαις λελαληκα υμῖν ✠ ἀλλ ἑρχεται ωρα·

. . . . . παροιμίας λαλησω υμίν . . . .
ρησια περι του πρς αναγγελω υμιν ✠ εν εκ...
ημερα εν τω ονοματι μου αιτησεσθε, και ου
λεγω υμιν ὁτι εγῶ ερωτησω τον πρα περι υ
μων αυτὸς γὰρ ο πηρ φιλεῖ υμας, οτι υμεις εμε
πεφιληκατε καὶ πεπιστευκατε. εγω παρὰ του θυ
ἐξηλθον ✠ εξηλθον παρα του πρς· και εληλυθ..
εἰς τὸν κοσμον ✠ πάλιν ἀφιημι τον κοσμον. και
πορευομε προς τὸν πρα ✠ λεγουσιν αυτω οι μαθ...
ται αὐτου ✠, ιδε νυν παρρησια λαλεις; και παρ...
μιαν ουδεμιαν λεγεις ✠ νυν οιδημεν· οτι οιδα....
παντα ✠ καὶ ου χρειαν ἐχεις. ινα τις σε ερωτα ✠ εν
τουτω πιστευομεν. οτι απο θυ εξηλθες ✠
Απεκριθη αυτοις ο ις ✠, αρτι πιστευετε; ιδου ερ
χεται ωρα· και νυν εληλυθεν. ινα σκορπισθητ..
εκαστος εις τα ιδια· και εμε μονον αφητε ✠ καὶ
ουκ ειμει μονος· οτι ο πηρ μετ εμου εστιν ✠ ταυ
τα λελαληκα υμιν. ινα εν εμοι ειρηνην εχητε.
αλλα θαρσειτε. εγω νενικηκα τον κοσμον
Τάυτα ελαλησεν ο ις και επηρεν τους οφθαλμους
αυτου εις τον . . . . αι ει πεν περ εληλυθεν
η ωρα ✠ δοξασον σου υν. ινα και ο υς σου δοξα
σει σε ✠ καθως εδωκας αυτω εξουσιαν. πασης
σαρκος· ινα παν ο εδωκας αυτω· δωσει αυτοις·
ζωην αιωνιον ✠ αυτη δε εστιν. η αιώνιος ζωῆ.
ινα γινοσκωσιν· σε τον μονον· αληθηνον θν
;και ον απεστειλας; ιν χν ✠ εγω σε εδοξασα ε...ης
. . . ✠

τον . . . . γον προς καϊφαν τον αρχιε
. . . α· οπου οι γραμματεῖς καὶ οι πρεσβύτεροι
συνηχθησαν ✠ ο δε πέτρος ηκολουθει αυ
τῶ απο μακρωθεν· εως της αυλῆς τοῦ ἀρ
χιερέως ✠ και εισελθων ἔσω εκάθητο με
τα τῶν υπηρετῶν ιδεῖν το τελο . . . . ι δε
᾽Αρχιερεῖς καὶ οι πρεσβυτεροι. καὶ το συνέδρι
ον ὅλον. ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κα
τὰ τοῦ ῑυ. ὅπως θανατώσουσιν ἀυτὸν ✠
και ουκ ευρον. και πολλῶν ψευδομαρτύρον
προσελθοντων· ουχ ευρον. υστερον δὲ
προσελθόντες δύο ψευδομαρτυρες ἐίπον.
ουτος εφη· δυναμαι· καταλυσαι τον ναὸν
του θῡυ; και δια τριῶν ημερῶν· οικοδομησαι
αυτον ✠ καὶ ἀναστας ὁ ἀρχιερεὺς· ειπεν ἀυτω ✠
; ουδὲν αποκρίνη; τι ουτοι σου καταμαρτυ
ρουσιν; ὁ δε ῑς εσιωπα ✠ καὶ αποκριθεὶς ὁ αρ
χιερευς· ειπεν ἀυτω ✠ εξορκιζω σε· κατὰ
του θῡυ του ζοντος· ινα ημιν ειπης ἐι συ εῖ
ο χ̄ς· ὁ ῡς τοῦ θῡυ ✠ λεγει ἀυτω ο ῑς ✠ συ ει
πας ✠ πλην· λεγω υμιν ✠
Απ αρτι· οψεσθαι τον ῡν του ᾱνου· καθη
μενον εκ δεξιων της δυναμεως· και ἐρ
χομενον επι των νεφελῶν του ουνου ✠
τοτε ο αρχιερεὺς διερρηξεν τα ϊματια ἀυ
του· λεγων· οτι εφλασφημησεν. τι ετι
χρειαν εχομεν μαρτυρων ✠; ἤδε νυν ἠ

ναι τον ταφον εως της ..ριτ . . . .
τε ελθοντες ὁι μαθηται αυτου νυκτος κ . . . . .
σιν αυτον· καϊ ειπωσιν τῶ λαω· ηγερθη απο τω ..
νεκρων ✠ και εσται η εσχάτη πλάνη χειρων
της πρωτης ✠ εφη δε αυτοις ο πιλάτος ✠ εχετε
κουστωδίαν ✠ υπαγετε· ασφαλίσασ... ώς όί
δατε ✠ οι δε πορευεθεντες ησφαλισαντο τον
ταφον. σφραγισαντες τον λιθον μετα.
της κουστωδίας. ζητ. . . . . τελος του βιβ λιου

ΜΗΝῚ ΣΕΠΤΕΜΒΡΊΩ Ā ΑΡ^Χ ΙΝ^Δ ΤΟΥ

νεου έτους. και εις την μνήμην του αγιου συμεων
του στυλιτου Ε... κατα λουκαν κ......
Τω καιρω εκεινω. ἦλθεν ὁ ῑς εις την ναζαρε...
ου ην τετραμμενος ✠ καὶ ἐισηλθεν κατὰ το ιω
θος αυτω· εν τη ημερα των σαββατων· εις την
συναγωγὴν. και ανεστη αναγνωναι. καὶ ἐπεδό
θη αυτω βιβλιον ησαϊου τοῦ προφήτου ✠ και
ἀναπτυξας το βιβλιον· ευρεν τον τοπον· ου
ην γεγραμμενον ✠ π̄ν̄ᾱ κ̄ῡ επ εμε· ου ..νεκεν
ἔχρησέν με ✠ ευαγγελισασθαι πτωχοις. απεσταλ
κέν με ιασασθαι τους συντετριμμενους
την καρδιαν ✠ ..ηρυξαι αιχμαλωτο.. ἀφεσιν ✠

και τυφλο... βλεψιν ✠ απ...τειλ... ε.....
...... κ... κηρυξαι ενιαυτον κυ δεκτ...
και πτυξας το βιβλιον... οδους τω υπερετη
...θησεν.... παντων εν τη συναγωγη οι ο
φθαλμοι..σαν ατενιζοντ..... ✠ ηρξατο
δε λεγειν προς αυτους... σημερον πεπληρω
ται η γραφη αυτη εν τοῖς ωσιν υμων ✠ και πα-
τες εμαρτυρουν αυτω. και εθαυμαζ... επι
τοις λογοις της χαριτος. τοις εκπορευομεν...
εκ του στοματος αυτου

Μηνι τω αυτω β'. εις την μ....ωα........
επισκοπου κω..σταντ..υπολεως....... μαρ
μαμ......... λιον κατα.... κεφ. ρλβ

Ειπεν ο χς ✠ εγω ειμι ἡ αμπελος ἡ αληθ..νῆ ✠
και ο πηρ μου ο γεωργος εστιν ✠ πᾶν κλήμα
ἐν εμοι ο μη φερον καρπον αἵρει αυτ....
παν το καρ...................
πλειωνα καρπον φερη ✠ ιδι υμεις καθαροι εσ
ται δια τον λογον ον λελαληκα υμιν ✠ μεινα
τε εν εμοι· καγω εν υμιν ✠ καθῶς το κλημα
ου δυναται καρπον φερειν αφ εαυτου· εαν
μη μεινη εν... ἀμπελω ουτως ουδε υμεις
εαν μη εν εμοι μεινητε ✠ εγω ειμι ἡ αμπελος
υμεις τα κλησματα ✠ ο μενον εν εμοι καγῶ

EPISTOLAE B. PAULI APOSTOLI

EX PALIMPSESTO FRAGMENTUM

Monitum.

Cum retractassem codicem Bibliothecae nostrae (1) ex quo A. Mai quaedam historica byzantina ex palimpsesto eruit et vulgavit (2), vidi illum fere totum characteres unciales, uti vocant, sub Homeri Iliade abditos habere. Itaque cum ea quae Mai detexerat versarem, et quae ipse non legerat considerarem, incidi in folium quoddam, cuius lectio iam alias tentata fuerat. Et cum lotio chemica adeo efficax adhibita fuerit, ut membrana iam corrodi comperiatur, omnem abiiciebam spem de integra legenda pagina, in qua nonnulla ex Epistola II. B. Pauli Apostoli ad Corinthios deprehenderam. Nihilo tamen secius, quae apparebant descripsi et absque novo adiumento chemico, membrana contra lucem opposita, fere universa διαφανῶς perlecta sunt. Litterarum figura rotunda atque erecta est, proximeque accedit ad litteram, quae longissimam redolet antiquitatem, saeculi nempe IV, vel V. Attamen cum exploratum sit, ut et alias monebamus (3), in usu sacro nonnumquam characteres vetustioris formae adhiberi solitos, ad viciniorem aetatem forte cuidam videbitur accedendum. Nos vero characteris specimine exhibito rem integram eruditis viris relinquimus diudicandam (4). Singularem banc vetustatem suadere posset mira quaedam cum antiquissimis exemplaribus Vaticano et Sinaitico vel in ipsis scribendi mendis. Quamquam enim brevissimum habeamus fragmentum, tamen ad rem confirmandam in eodem non desunt testimonia. Cum Vaticano et Sinaitico habet Cap. XI, v. 14. ου θαυμα, cum lectio communis sit

(1) In novo catalogo Codicum Cryptensium est Z. β. I.

(2) Spicilegium Romanum. tom. II.

(3) Confer quae paulo ante diximus in Monito ad Evangeliarii fragmenta.

(4) Vide specimen lithographicum III.

ου θαυμαστον. v. 16. καγω μικρον τι pro μικρον τι καγω. v. 17. ου κατα κυριον λαλω pro ου λαλω κατα κυριον. v. 18. κατα σαρκα pro κατα την σαρκα; quam tamen postremam lectionem habet corrector C in codice Sinaitico apud Tischendorf et editio Maiana codicis Vaticani (1). Neque illam praeterire licet convenientiam, quam fere semper habet cum sinaitico textu in locis ubi codex a linea exorditur, quibus in locis noster maioribus utitur litteris. Animadversione insuper digna res est, quod utraque pagina in interiore tantum membranae parte exarata est, exteriores vero partes nullum habent veteris scriptionis indicium. Rem nostram intimius considerantes quaesivimus utrum haec ἀποσπασμάτια ad lectionarium Epistolarum (2), quod unus est ex liturgicis libris, potuissent pertinere, necne. Novimus itaque omnia, quae heic habemus, contineri in Epistola Missae ad feriam IV hebdomadae duodecimae post Pentecosten.

Hanc novam spartam nostram iisdem curis, quibus superiora cimelia, adornandam curavimus; cum vero fragmentum exiguum sit, eiusque characteres erectam vetustissimamque formam praeseferant, maioribus etiam litteris exprimendum voluimus.

(1) His adiunge in fragmento nostro haberi v. 9. υμιν εμαυτον υμιν, in codice Sinaitico tantum εμαυτον υμιν, sed per correctorem C etiam υμιν εμαυτον. Inferius autem v. 12. ambo pro ημεις habent ημις.

(2) Liber iste Αποστολος vel Πραξαποστολος apud liturgicos appellatur; habet enim apostolorum Epistolas atque Actus; quae ibidem distributa in dies sunt secundum quotidianas lectiones in sacra hierurgia faciendas. Cf. Allatium *De lib. Eccl. graec.* §. IV, Cave *Hist. litt. Eccl. Disser. II.* Montfaucon - *Palaeogr. Graec.* l. VI. Apud latinos quoque *Lectionarium* aut *Epistolarium* appellabatur volumen, quod ordine distributas exhibebat lectiones ex apostolicis praesertim epistolis excerptas in Missae sollemniis adhibendas; qua de re conferatur Vezzosi (in Praef. ad tom. V. operum B. Thomasii, §. XI.), qui tamen autumat tum graecis, tum latinis alium fuisse librum *Apostolum* dictum, alium vero *Lectionarium* vel *Epistolarium*. Tradit nimirum priorem librum ex Apostolorum epistolis tantum conflatum fuisse; alterum vero lectiones ex veteri novoque Test. derivatas exhibuisse.

ΥΣΤΕΡΗΜΑΜΟΥΠΡΟΣ
ΑΝΕΠΛΗΡΩΣΑΝΟΙΑΔΕΛ
ΦΟΙΕΛΘΟΝΤΕΣΑΠΟ
ΜΑ.... ΔΟΝΙΑΣ·ΚΑΙΕ..
ΠΑΝΤΙΑΒΑΡΗΥΜΙΝΕΜΑΥ
ΤΟΝΥΜΙΝΕΤΗΡΗΣΑ
ΚΑΙΤΗΡΗΣΩ
ΕΣΤΙΝΑΛΗΘΕΙΑΧΥΕΝ
ΕΜΟΙΟΤΙΗΚΑΥΧΗΣΙΣ
ΑΥΤΗΟΥΦΡΑΓΗΣΕΤΑΙ
ΕΙΣ..ΜΕΕΝΤΟΙΣΚΛΙ
ΜΑΣΙΝΤΗΣΑΧΑΙΑΣ
ΔΙΑΤΙΟΤΙΟΥΚΑ.... Ω
ΥΜΑΣΟΘΣ..ΙΔΕΝΟΔΕ
ΠΟΙΩΚΑΙΠΟΙΗΣΩΙΝΑ
ΕΚ...ΩΤΗΝΑΦΟΡΜΗ..
ΤΩΝΘΕΛΟΝΤΩΝ..
ΦΟΡΜΗΝΙΝΑΕΝΩ
ΚΑΥΧΩΝΤΑΙΕΥΡΕΘΩ
ΣΙΝΚΑΘΩΣΚΑΙΗΜΙΣ
ΟΙΓΑΡΤΟΙΟΥΤΟΙΨΕΥΔ
ΑΠΟΣΤΟΛΟΙ·ΕΡΓΑΤΑΙ
ΔΟΛΙΟΙ·ΜΕΤΑΣΧΗΜΑ
ΤΙΖΟΜΕΝΟΙΕΙΣΑΠΟ
ΣΤΟΛΟΥΣ

ΧΥΚΑΙΟΥΘΑΥΜΑ·ΑΥΤος
ΓΑΡΟΣΑΤΑΝΑΣΜΕΤΑΣΧΗ
ΜΑΤΙΖΕΤΑΙΕΙΣΑΓΓΕΛΟΝ
ΦΩΤΟΣ:ΟΥΜΕΓΑΟΥΝ
ΗΚΑΙΟΙΔΙΑΚΟΝΟΙΑΥΤ...
ΜΕΤΑΣΧΗΜΑΤΙΖΟΝΤΑΙ
ΩΣΔΙΑΚΟΝΟΙΔΙΚΑΙ
ΩΣΥΝΗΣ·ΩΝΤΟΤΕΛος
ΕΣΤΑΙΚΑΤΑΤΑΕΡΓΑΑΥΤῶ
ΠΑΛΙΝΛΕΓΩ·ΜΗΤΙΣΜε
ΔΟΞΗΑΦΡΟΝΑΕΙΝΑΙ·
ΕΙΔΕΜΗΓΕΚΑΝΩΣΑ
ΦΡΟΝΑΔΕΞΑΣΘΕΜΕ
ΙΝΑΚΑΓΩΜΙΚΡΟΝΤΙ
ΚΑΥΧΗΣΟΜΑΙ:
ΟΛΑΛΩΟΥΚΑΤΑΚΝΛΑ
ΛΩΑΛΛΩΣΕΝΑΦΡΟ
ΣΥΝΗ·ΕΝΤΑΥΤΗΤΗ
ΥΠΟΣΤΑΣΙΤΗΣΚΑΥΧΗ
ΣΕΩΣ·ΕΠΙΠΟΛΛ...
ΚΑΥΧΩΝΤΑΙΚΑΤΑ
ΣΑΡΚΑΚΑΓΩΚΑΥΧΗ
ΣΟΜΑΙΗΔΕΩΣΓΑΡ
ΑΝΕΧ....ΤΩΝΑΦΡΟ
ΝΩ·

FRAGMENTUM EVANGELII S. IOHANNIS (*)

Iniciū scı euuangelii secd Iohem.

In principio erat verbum. et verbum erat
apud deum. et deus erat verbum. hoc erat
in principio; apud deum. Omnia per ipsum
facta sunt. et sine ipso factum est nichil.
Quod factum est in ipso vita erat. et vita
erat lux hominum. et lux in tenebris lucet.
et tenebre eam non comprehenderunt. fuit
homo missus a deo; cui nomen erat iohs. hic
venit in testimonium; ut testimonium
periberet de lumine. ut omnes crede
rent per illum. Non erat ille lux. set
ut testimonium periberet de lumine.
Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum. In
mundo erat; et mundus per ipsum fact'
est. et mundus eum non cognovit. In pro
pria venit; et sui eum non receperunt.
Quot quot autem receperunt eum. de
dit eis potestatem filios dei fieri his
qui credunt in nomine ei'. Qui non
ex sanguinibus neque ex voluntate
carnis. neque ex voluntate viri set
ex deo nati sunt. Et verbum caro
factum est; et habitavit in nobis.
Et vidimus gloriam ei'. gloriam quasi uni
geniti a patre. Plenum gloriam et veri
tatis. Iohannes testimonium peribet de ip
so; et exclamavit dicens. hic est ille
quem dixi. Qui post me venit; ante me
factus est. quia primus meus fuit.
et de completorium suum nos omnes accepim'.
Quia lex per moysen data est. et gratia et
veritas per ihum xpm facta ē.

(*) Cum aliquid spatii supersit, adiungimus hoc fragmentum, quod latinum in codice maxima ex parte in palimpsestis Euchologii graeci (Cod. Γ, β, VI) habemus, et est versio ex lectione graeca Evangelii die Paschatis habenda, quando, Abbate iuxta Typicon Monasterii Cryptaeferratae sacra solemniter agente, Epistola atque Evangelium graece latineque canitur.


INDEX

PARS PRIMA

PARS SECUNDA



IMPRIMATUR
Fr. Hieronymus Gigli Ord. Praed. S. P. A. M.
IMPRIMATUR
Petrus Villanova-Castellacci Arch. Petr. Vicesgerens.



APUD EDITOREM HUIUS OPERIS VENEUNT

Opera Ang. Card. Mai cura edita :

Η ΠΑΛΑΙΑ ΚΑΙ Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. Vetus et Novum Testamentum ex antiquissimo codice Vaticano. Romae. 1857 volumina V.. Scut. 10

Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ, Novum Testamentum ex vetustissimo codice Vaticano secundis curis editum 1859........ » 2

Scriptorum veterum Collectio Vaticana vol. X........ » 40

Classicorum Auctorum ex Vaticanis codicibus editorum volumina X.. » 20

Spicilegii Romani volumina X.............................. » 21

Nova Patrum Bibliotheca cum adnotationibus et latina interpretatione edit. vol. VII.............................. » 5

Item in charta praestantiori.................................. » 10

Vercellone Caroli - Variae lectiones Vulgatae latinae Bibliorum editionis. in 4. Tom. I. complectens *Pentateuchum*.. » 7

Tom. II. complectens *Libros Iosue, Iudicum, Ruth et quatuor Regum*.. » 5

Tom. III. proxime prodibit. et caeteri sequentur.

De Immaculata Deiparae Conceptione hymnologia Graecorum etc. latina et italica interpretatione, patrologica comparatione et adnotationibus illustrata cura Th. Toscani et I. Cozza monachor. S. M. Cryptaeferratae Ord. S. Basilii. » [illegible]

De Sepulchro Benedicti IX Pont. Max. in templo Monasterii Cryptaeferratae detecto diatriba Gregorii Placentini ord. S. Basilii, in qua eiusdem Pontificis pius obitus vindicatur, atque ad eius codices acta illustrantur et castigantur.. » [illegible]

Ad Typica Graecorum et [illegible] versiones, Th. Toscani Ord. S. Basilii M.. » [illegible]

Il Tusculano di M. Tullio Cicerone ricerche di D. Gregorio (Cozza-Luzi) Monaco Basiliano, 1866. .... » [illegible]